# Themiſtij philoſophi acutiſſimi Cõmẽtaria:

In Poſteriora Ariſtotelis.
In Phyſica.
In libros de Anima.
In cõmentarios de Memoria et Reminiſcentia.
De Somno et Uigilia.
De Inſomnijs.
De Diuinatione per Somnum
Hermolao Barbaro patritio Ueneto Interprete: Poſitis in locis proprijs caſtigatiõibꝰ q̃plurimis: quas autor idẽ poſt primã huius oꝑis impreſſionẽ addidit.

Alexãdri Aphrodiſei Peripathetici Nobiliſſimi in libros Ariſtotelis de Anima commentarij.
Hieronymo donato Patritio Ueneto Interprete.

UVA. BHSC. IyR_086_3

# ¶ Hermolai barbari patricij veneti zacharie equitis filij i paraphraſin Themiſtij peripathetici prefatio.

## Ad Sixtum .iiij. Ponti. maximum.

Ui tibi ſtudioſoꝝ ſuoꝝ opera nuncupant: pontifex ſumme Sixte quarte: alij id agunt: vt te vi-
cunqꝫ ſibi ꝓmereātur: alij: vt fructū aliquē ſentiant iudicij tui de ſe: alij: vt abs te tm̄ probētur:
alij ob alias cauſas. Ego vero hec tibi dedico: tū vt meā in te obſeruantiā preſertimqꝫ Zacharie
q patris: qui iſtic ad te pro Uenetis agit legatus: agnoſcas: tū vel maxime vt te pro fide ea: que
a me tibi vt principi meo debetur: ſumma inſtituti illius tui ꝑclari ⁊ diuini cōmoneā: q̄d proui
nus q̄ creatus pōtifex es flagrantiſſime amplexus videris adiuuandi prouehēdiqꝫ litteras-
que proculdubio ſine autoritate ⁊ diligentia doctiſſimi principis aut interiture penitus vide-
bātur: aut ad priſtinā barbariem redditure. Nam et ingenia vndiqꝫ cōduxiſti ⁊ bibliothecā opulentiſſimā ere
tuo īpenſaqꝫ publica ſti. Nunc te obſecrāt obteſtāturqꝫ bone omnes artes: ne (que tue maxim e occupationes
ſunt) negligētiuſcule in poſteꝝ habeātur. Errāt qui credunt grauius eſſe cū quibuſuis hoſtibus: q̄ cū impe-
ritis et indiſertis bellū: inteſtinū hoc: ⁊ intra parietes: ac ꝑpetuum: illud externū tēporariūqꝫ: in eo libertas:
imperiū: vita ſub alea eſt: in hoc labes animi certa. Per illud deſinas viuere vt res peſſime cedat: per hoc vi
uas omīno: ſed viuas nō homo. A barbaris: a feris: a vulgo: differimus: ꝙ litteras habemus: illi nō habēt. Ce
teris vincimur. Tolle hoc diſcrimen: deteriores ſimus q̄ fere: q̄ vulgus. Hoc tibi (quod cepiſti) ſpectandū
identidē premendūqꝫ aſſidue propoſitū eſt. Nulle ſint cogitatōes tue tā multe tā ardue que curam tibi hanc
aut excutiāt aut offundant. Sub nicolao principe exerere ſe ac reuireſcere ſtudia ceperūt. Niſi tu (q̄d facis)
facere pſeueres: neceſſe eſt cōſeneſcāt denuo atqꝫ decedant. Igit Themiſtiū e familia Ariſtotelis elegantem
philoſophū: ad te in latinū ſermonē cōuerti: ratus nō ingratiſſimā tibi rem me facturꝝ: ſi philoſophia ea (que
de natura eſt) latinis litteris quanta modo legitur in ſcholis cōtineret. Uidebā nihil: incultius: horridius: in-
eptius: q̄ partē iſtā litterature haberi. Placuit periclitari in Themiſtio: an iſtec quoqꝫ ꝓprietatem ⁊ lucem
Romane lingue reciperent.

Ppido q̄ laboratū mihi in hac interꝑtatione eſt: non tam ꝙ nihil iuuari ab iis autoribus potui: qui
Ariſtotelē cōmentati fede ac barbare pridem ſunt q̄ ꝙ ne ab illis quoqꝫ qui etate noſtra latinā elo
o quentiā profeſſi: greca eius philoſophi cōmentaria tranſtulerunt. Hoꝝ pleriqꝫ dum alienā inſciti
am inſectant: ſuam prodidere. Adeo omnia ab his peruerſe depravateqꝫ ſunt perſcripta: vt ſi quis
interꝑtationes eoꝝ cum illis veteribus conferat quas reprehēdunt: vel in aliqua Ariſtophanis libra aut Cri
tolai appenſas examinet: vtre earū vergant internoſci nō poſſit. Percenſerem ſingillatim quecunqꝫ peccaſ-
ſent: niſi plura eorum eſſent errata q̄ verba. Alioquin nō inceſſendi quenq̄ lacerādiue ſtudio: ſed iuuandi
bonas mentes hec ſcribimus. Magnā incōparabilemqꝫ iacturam non pridem fecimus pontifex maxime in
Theodoro Gaça: qui vir grecus latinos omnes in hoc munere ſcribendi interꝑtandiqꝫ ſuperauit. Is ſi diuti-
us vixiſſet: linguā latinā hac quoqꝫ parte locupletaſſet. Quot et fecit in libris illis abſolutiſſimis de animali-
bus Ariſtotelis: ⁊ Theophraſti de ſtirpibus. Hic vnus mihi certare cum vetuſtate ipſa viſus eſt: hunc mihi
quem colerē quē imitarer propoſui: ab huius ſcriptis adiutū me ⁊ fateor et predico: hunc ego non magnope
re incurioſus legi: q̄ .M. Tullium: Plinium: Columellam: Uarronem: Senecam: Apulegium: ⁊ ceteros:
quos in hoc genere cōmentandi diligenter euoluere: neceſſarium eſt. Ne ille quoqꝫ minimus labor noſter
fuit: ꝙ in his libris vertendis: non modo nō expreſſimus verbū e verbo: quod interpretes in indiſertos ſole
re Cicero meminit: ſed libere ⁊ tranſlationibus ⁊ figuris ⁊ tropis vſi ſumus ad morem Romanū ſenſibus
ſtantibus. Luſimus arbitratu noſtro: ſed ſententiā integrā dedimus autori. Tantū vero abeſt: vt aliquid pre-
termiſerimus diſſimulauarimuſue: vt illud periculū ſit: ne ꝙ eruditioni impenſe ſtuduimus addidiſſe aliq̄
potius q̄ detraxiſſe inuiſoribus videri poſſimus. In plenum nō tam latinum reddere Themiſtiū q̄ certare
cum eo volui. Hec .n. laus vt ille ait lingue latine eſt: vt grecā proprietatē ⁊ gratiā in transferendo aut eques
aut etiam antecellas. Hoc me non dico aſſecutū fuiſſe: ſed crimen meū confiteor: laborauī plane hoc ambitu:
ſed an effecerim quod querebā: alij iudicent ipſe certe mea nec magnifacio nec probo. Sed quid te ꝑnceps:
humaniſſime oratione longa detineo? finem faciā ſi quedā de Themiſtio dixero. Is libanij ſophiſte ⁊ Iulia-
ni Ceſaris tempibus floruit. A quibuſdam abbreuiator creditus Alexandri ex Aphroſiade eſt: ſed falſo. Nā
et ab eo diſſentit haud timide: quom collibuit ⁊ ab ordine ac ſerie eiꝰ euariat. Preterea ipſemet ſe paraphra-
ſten Ariſtotelis facit. Eſt autem paraphraſis exercitamētū apud rhetoras genus. Ea finitur a grecis h̄ modo:
vt ſit que narrationi proportione reſpondeat: aut ſic in qua vertimus alioꝝ ſcripta. Non in alia que humilio
ra grandiorave ſint: vt a metaphraſi differat: ſed in paria ſenſu modo ſeruato: quod ⁊ Fabius duobus locis
ſic explicat. Tum mutatis verbis interpretari: tum paraphraſi audacius vertere: qua ⁊ breuiare quedā ⁊ ex-
ornare ſaluo modo ſenſu dimittitur: quod opus conſumatis profeſſoribus difficile qui cōmode tractauerint
cuicūqꝫ diſcendo ſufficient. Alio item loco. Sed ⁊ ipſis inquit ſentētijs addicere licet oratoriū robur ⁊ omiſ-
ſa ſupplere ⁊ effuſa ſubſtringere. Neqꝫ ego paraphraſin eſſe interpretationē tm̄ volo: ſed circa eoſdē ſenſus
certamen atqꝫ emulationē. Dictus eſt ⁊ a quibuſdā ecphraſtes. Eſt autem ecphraſis mera puraqꝫ enarratio.
Quod ergo diximus inter initia doctiſſime Pontifex ſuſceptū abs te patrocinū litterarū ne deſere: cum dico
litteras: philoſophiā intelligo: que cōiuncta cum eloquentia ſit. In te eruditio ſumma: ⁊ ſumma fortuna. Fa-
cie ſperare poſſumus temporibus tuis futurum: vt recta ſtudia volente te (nam poteſt) nec alius poteſt) ad
dignitatem priſtinam reuocentur. Uale Uenetijs. M. cccclxxx.

UVA. BHSC. IyR_086_3

# Themiſtij Euphradę pipathetici nobiliſſimi: Paraphraſis i poſteriora analytica Ariſtotelis: Interprete hermolao Barbaro patricio veneto. v. clariſſimo.

Acturum me ſup fluo iuxta perambitioſeq; ſentio: ſi Ariſtotelicarū cōmētationū: poſt tales tantoſq; autores interptationē iuſtā aggrediar: pſertim quō haud temere mlta inueniās: q̄ illi pinde nō dixerint: alioquin: vt omiſſa pauca ſartias: tm̄ laboris a capite retexere: ſimile feceris: ac ſi Phidie Mineruam reformare de integro vniuerſam inſtituas: vt aut amentū ſoleis: aut anſulā crepidis: aut ligulam baſeis: aut quid aliud pauxillū: qd ſubſultet: reponas: q ſi ptermiſſa moroſitate diſputatiōis: ſummas rex p cōfectaria collegero: iiſq; limatā z cōpendiariā enarrationem adiunxero: breuitateq; z ſeriē philoſophi ex ſummis viribus pſecutus imitatuſq; fuero: videbor vtiq; rem nec vulgatam: neq; admodū inutilē noſcētibus hec paraſſe: qd genꝰ explorate vtilitatis iis erit: qui aliqn̄ libros Ariſtotelis legerint: vt quō ꝓpter plixitatē explanationū repetere ſemper atq; adire illas nō poſſint: habeāt ſaltē aliquid: quo ſe cōferentes: in memoriā facile reuocent: quoꝝ ſe repens forte obliuio tenuiſſet. Hac igit forma (qua dixi) primū inſtitutionē: eam q̄ poſterioꝝ analyticoꝝ. i. reſolutorioꝝ iſcribitur: ingreſſi ſumꝰ exponere: qd quidē laboris noſtri auſpitiū ſtatim tibi dicauimus nūcupauimuſq;: cū vt ad exq̄ſitiorem doctrinā tibi aliquid opis vſuſq; pferremus tum vel maxime: vt hoc quaſi donario: admonitus eſſes amoris erga te noſtri. Equidē in cōmētariis iis neq; diſſimulatum iri opinor: neq; ignoratū: ſicubi deceſſuz deuia eſt. Quomodo. n. pleraq; oīa Ariſtotelis ſcripta: quaſi de cōpoſito: caligine quadā offuſa oppletaq; habeant: illō potiſſimū ope hoc intelligit: cū ob ipm̄ genus locutionis: quod (ſi alubi) maxime preſſum hic pceſſumq; eſt: tum ob capita: que nullo ordine viſunt diſpoſita. q̄obrem ab iis qui hec cognoſcent. impetrāda venia eſt: vti ne dānent: ſi qua liberius exornauero ampliauero q;. Nec. n. totidem verbis exigi poſſunt obſcura: aut ſiqua paulo audacius vertero cōmutauero ue: quod facere oportet: vt capita rerum continentius z cohibilius collocent: q ſi quedā q̄z breuiauero: cauſe ſunt: quibꝰ in eo coargui aut taxari nō poſſim. Nam q̄ tametſi artificioſam ſeorſum ꝯtemplationem habere poſſunt: nō multū tamē cōducūt: ad peritiā demonſtrandi inepuſſimus ſim: ſi oratiōe longa circūloquar. Alioquin cui propoſitum ſit: que ad hoc negotium pertinent: nō ſcrupuloſe z anxie ſ lenit z cōmode pſeq.

Anteq̄ quid ſciat ſ prenoſcere aliquid oportere. Ca. j.

q Uicunq; ad aliquā intellectualē doctrinā aut diſciplinā accedūt: neceſſe eſt principia quedā naturalia teneāt: per q aliqd de iis: quoꝝ amplexuri ſcientiā ſunt: pnoſcant. Nō em̄ omia accipere poſſumus a docente. Sed aliqua ſunt que quaſi ſuppetias no ad diſcendū: domo afferre oportet: ſine quibꝰ fruſtra aditū in ſcholas feramus. Proinde docemur a geometra punctū eſſe quoius nulla pars ſit: ſed anteq̄ doceremur cōpertū habuimus: quid noīe partis indicaret. Arithmeticus monſtrat numeꝝ imparē eſſe qui ſm inequalia diuidatur: ſed nos quid eſſet inequale pſciuimus. Nō ſolū aūt doctrinas diſciplinaſq;: ſed artes q̄z anticipatiōe iſta ꝯſequimur. Diſcimus edificare. ſed nō anteq̄ qd lapides quid intritū: qd maceries eſſet: noſſemꝰ. Diſcimꝰ depſare pelles z ſutoriā facere: ſed tum demū quō: z qd eſſet corium: z qd culter: z qd ſubula: perceptū nobis eſt. Eodem modo fabrica nauiū: excuſſoria: ſtatuaria: textoria: poſtremo oīs vtenſiliū peritia: ſuis queq; pſumptionibꝰ z ante tranſgreſſionibꝰ cōdiſcunt. Maxime vō rō hec manifeſta in eoꝝ artibꝰ eſt: q̄ ſermocinales dicunt: q̄les q rhetores z dialectici pfitent. Dialectici ſyllogiſmo agūt z inductione. Rhetores q z ſophiſte vocant cōmētationibus et exēplis: in vtroq; genere neceſſe eſt q̄ daz aut ſingularia: aut aſſumptiōes aut ſiſia cognoſci: anteq̄ explorata concluſio ſit. Cetez nō modo q ab aliis inſtituunt: ſed z q ipſi a ſe inueniūt: ex initiis quibuſdā nō dubiis: ad id qd dubitatur: q̄rendū z demonſtrādū mouent. Q ſi hec vā ſint: neceſſe eſt oēm rationalē doctrinā diſciplināq; ex notitia aliqua antecedēti z quaſi pcurrēti ꝯtingere. Nec pturbēt nos q̄ ſenſu pcipiunt: q ppe q̄ nulla cognitio preeat: quādoquidē hec neq; p diſciplinā neq; p aliquā inſtitutionez intellectualem noſcuntur.

Duas eſſe prenotiones vt ſit z quid ſit. Ca. ij.

i N quibus itaq; pnoſcere neceſſe eſt: in his dupliciter ꝯtingit pnoſcere: aliqua em̄ q ſunt (ſiue vt ſint) neceſſariū ē pſumere. Aliquoꝝ qd nomen ſignificet: oportet pſcire. Nā querētibꝰ q̄obrē a magnete ferrū trahat? pnoſcendū eſt: ferrum a magnete trahi z mores pati ſolere. Querētes itē: quidnā motꝰ tēpuſue ſit? exploratū habere debemꝰ: cognitiōe q ſūt. In quibus vō id ſciſcitamur docemurq;: ſint: nō ſint. Uerbi gratia. ſint: nō ſint: dii: ſit nō ſit: ꝓuidētia: in is neceſſe eſt qd vocabulo indicet pnoſce. Adeo ſcire rē eſſe impoſſibile eſt: niſi ſcirēmꝰ: qd eius rei nomie deſignet. Cōtra fieri pōt vt ſciat quidē: quid nomē rei ſignificet: ſed neſciat an ſit. Nemo. n. eſt q ignoret: qd ſcille: qd hippocētauri appellatio: denotet: ſed an ſit dubitare z ignorari oīs videntur. Nec. n. putādū eſt: idē eſſe ſignificatū noīs: z id quod ſub hoc verbo quid ſit rei eſſe intelligit. Sed duo hec in terſtitio inſigni diſſentūt. Nam ſignificata oīm vocū etiam imptiſſimis z vulgo ſunt pſpecta. Neq;. n. vllū tā ſtupidū mancipiū eſt mō eadē nobiſcū lingua ſit: qd audiēs hoiem rogari: equū adducat: aut arculā poſci caligā afferat. Quid tn̄ ille res ſint: z quod illis eſſe nō niſi exercitatiſſimis facile traditu depromptuq; eſt.

Cōcluſionē anteq̄ demōſtratiōes ꝑtim ſciri ꝑtim neſciri. Ca. iij.

e X his q̄ mō dixīmꝰ patere intuitu pōt inter cognoſcere z diſcere nōnullā ꝯſtitui dr̄iam oportere. Qui cognitꝰ aliqd eſt: pnoſſe aliqd debet. Qui ꝯdiſcit pōt ꝯtingere vt nihil pnoſcat Preterea cognoſcunt q̄ prius quodā genere ſcieris. Diſcunt ſepenūero q̄ neſcieris: ſed ſimulatq; diſcunt obiter et ſciunt: q̄notuiſmodi ſūt ea q̄ ſub vniuerſali aliquo: quoius notitiā ante habueris ꝯtinent. Nā qui ſcit oē triangulum duobꝰ rectis pares habere angulos interiores: nec ſciat hoc triangulū eſſe: qd hac ſceda delinatū ſit: quom primū oculos ad hoc triangulum cōiecerit: ſtatim vtrūq; agnoſcet z diſcet: nō tn̄ eodē mō agnoſcet z diſcet. Sz diſcet triangulū eſſe. Agnoſcet duobꝰ rectis pares habere. Nā triangulū eē nūc demū vidit: didicitq;. Sz habere q̄ duobus rectis pares: in illo vniuerſali pridē cognouit. Quom. n. cognitio deſignati huiꝰ trianguli duo hec requirat: z vt triangulus eſſet z vt duobꝰ rectis equales habere intelligat. Primū. i. triangulū eſſe: vſurpamꝰ cōſpectu atq; ita diſcimꝰ. Alteꝝ. i. duobꝰ rectis equales habere ſyllogiſmo cōplectimur. Quippe ad qd ſenſus aliqs nō poſſint attingere ſed mens z demōſtratio. Demonſtratio autē citra cognitionē vniuerſalis nō cōſiſtit. Quom. n. omni triāgulo affectio illa inſit duobꝰ rectis pares habere tris angulos: qm̄ hoc qd cernit eſt triangulus: ꝯtinuo duobꝰ



UVA. BHSC. IyR_086_3

rectis pares habeat:neceſſe eſt. Proinde ſi deſcriptus in
abaco triãgulus occultaꝛ:ptẽ fateberis neſcire : hoc ẽ an
hic duobꝰ rectis pares angulos habeat. qꝛ neſcias vtrũ
vſpiã triangulus ſit:partẽ nõ fateberis:qꝛ de illo in cõi et
vniuerſaliter noueris. Quapropter captiões ille q̃ ab au
toribus ſuis ſenticoſe ꝯfragoſeq̃ appellanꝛ:ptimeſcende
aut defugiẽde nõ ſũt:ſed ijs fidẽter ꝯferẽdus pes eſt. Nõ
ſcin oẽm binariũ parẽ eẽ? Annuẽte h̃ te:vt hic (ingunt)
quẽ intra pugnũ ꝯdimus:nec binariũ noſti eẽ nec parẽ.
Eo fieri vt eandẽ rẽ ſcire ⁊ neſcire dicaris. Sꝫ poſtremũ
hoc cõcedi põt:neq̃ abſurdũ eſt. Noui vl̃em affectionẽ
binarij:an vo vſq̃ binariꝰ ſit:ignorare poſſum. Nõ ꝙ id
(qꝺ ſcio)ignorẽ:Sꝫ qꝺ ſciã quidẽ in vniuerſum:ſed ſigil-
latim ignorẽ.exẽpli grã. Scio oẽm hoiẽ aial eẽ:ſed eũ
qui Sardis inambulet: neq̃ hoiem eẽ neq̃ anial ſcio.
Nõ.n. eo mõ diluendũ ſophiſma eſt: quo multi conanꝛ q
negãt ſe binariũ ſcire parẽ eẽ: ſed fatenꝛ ſcire oẽm quẽ
binariũ eẽ intelligãt. Solutio hec ꝑiculoſa ꝯtrouerſaq̃
eſt. Nã illa ꝓculdubio nobis ſciunꝛ quoꝝ approbatiõem
demõſtrationẽq̃ aut habemꝰ aut accepimꝰ. At accepimꝰ
nõ cũ iſta adiunctiõe vꝫ.eũ binariũ eẽ parẽ:quẽ nos bina
riũ eẽ nouerimꝰ:ſed ſimpl̃r abſoluteq̃. Nã demr̃atiões d̃
oĩ binario ⁊ de oĩ triãgulo ꝓmiſcue ſolẽt ꝯſtitui. (Et her
cules q̃ʒtũ mea fert apinio)nihil vetat:qn ea q̃ diſcimus:
partim ſcire:ptim ignorare poſſumꝰ. Itẽ ex his ptim pre-
noſſe:ptim q̃rere ⁊ ſcrutari ꝯtingat. Eadẽ rõne rõ Pla-
tonis refelliꝛ q̃ poſita ẽ in illo libro q ab eo iſcribiꝛ Mem-
non. Ibi nitiꝛ oſtẽdere oẽm inq̃ſitiõẽ impoſſibilẽ videri
Argumẽtoꝛ ꝙ neceſſe ſit eũ:q inq̃rit: id inq̃re qꝺ neſciat:
in qꝺ ſi caſu aliquo inciderit:offenderitue: nõ aniaduer-
tat nec recognoſcat id eẽ qꝺ q̃rebat: ꝙ ſi oĩs inq̃ſitio grã
diſcẽdi ſuſcipiꝛ:inq̃rere vo nemo poſſit niſi cognoſcat:al-
terũ duoꝝ relinq̃ꝛ:aut nos nihil oĩno diſcere:aut ea diſce
re:q̃ antea ſciebamꝰ. Ita.n.demũ venire quẽ in cognitio-
nẽ rei alicuius liceret:ſi intelligaꝛ ea res eẽ: quã q̃re-
bat. Queadmodũ ⁊ ſeruũ fugitiuũ:cuius nec formã nec
indicia aliqua:q̃bus habeat cognoſci:detineas nunq̃ ne-
q̃ inueſtigare poſſis:neq̃ a fuga retrahere. Quẽ vo de
facie cognoſcas:⁊ inq̃rere ⁊ inuenire facile ſit. Huic rõni
vel cauillo potiꝰ videꝛ Plato manus dediſſe. Nã ⁊ fateꝛ
ea nos diſcere q̃ ſciamꝰ:atq̃ hoc qꝺ q̃s videꝛ doceri:nihil
aliud eẽ q̃ recordari ⁊ reminiſcendo cog̃ſcere. Nos vo
differre iſta plurimũ dicimus. Nam pñt adiſci q̃ prorſus
ignores. Cognoſcũꝛ q̃ ante cog̃ueris:nec quicq̃ ꝓhibet:
q̃ minꝰ is( q diſcit ) ſciat ea q̃ diſcit:ſed alio vtiq̃ atq̃ alio
modo. Ut dictũ prius eſt. Sicut nihil obſtat:qn oĩs doctri
na diſciplinaq̃ ex ꝑncipijs q̃buſdã ꝯfeſſis ⁊ compꝛis eua-
dat. Que ad id qꝺ incõfeſſum incõptũq̃ eſt:ꝑducãt. Ac ꝑ
hec docuimꝰ an queri ⁊ demõſtrari aliquid poſſit. Nunc
quid ſit demonſtratio perſequendum.

## Quid ſit ſcire ⁊ quid ſit demonſtratio. Caᵐ .iiij.

Verbũ ſcire bifariã diciꝛ:latiꝰ preſſiꝰ. Latiꝰ quom
oẽm notitiã:qualiſcũq̃ ſit:ſiue de ſolis accidenti
bus rei:ſiue alia rõne q̃ſita:ſciam vocamꝰ. Preſ
ſius cũ cauſam illã tenere credimꝰ a qua res vt
ſit habet:⁊ q̃ cauſa eẽ cog̃ſciꝛ.nec putamꝰ id aliter eẽ poſ
ſe ac ſit. Hec ꝓpria: hec ſimplex ⁊ abſoluta ſcia eſt. Indici
um qꝺ oẽs:q aliquã ſciam ꝓfitenꝛ: cõditiões has aut ha-
bere ſe cogitãt:aut vo iã hñt. Sũt ⁊ alij modi ſcie eiꝰ q̃ ꝓ-
pria eſt. Nã ⁊ definitionũ notitie ⁊ ſumptoꝝ:q̃ ⁊ ꝑma ſũt:
demõſtrari nõ pñt:ſcie appellanꝛ.nec diſtẽdũ ẽ cognitio
nis hoc genꝰ cõtineri ſub ſcia ꝓpria vt ſpẽs. Eã vo ſciam
qua de mõ agiꝛ demõſtratiõẽ vocamꝰ. Eſt.n.demonſtra
tio ſyllogiſmꝰ ſciam patiens. Porro ſi neceſſe eſt in ſyllo
giſmo ꝓpoſitiões ca uſas eẽ ꝯclõnis. Illi vo q ſcire ſe ar-
bitraꝛ ꝯuenit in cãm rei cog̃ſcat:nimiꝝ vtrũq̃ i ꝓpoſitio
nibꝰ demõſtratiõis exigiꝛ:⁊ vt efficaciã hẽant cõcludẽde
ꝯficiẽdeq̃ rõnis:⁊ vt cãm rei demõſtrãde ꝯtineãt. nã q̃ʒ-
uis cãm ꝯclõnis huiꝰ:ignẽ hic deurere:ſit cinis ꝑdie re
lictus:nõ tñ cã rei dicẽdus cinis ẽ:qꝛ cinis igniũ: cã eẽ nõ
põt:ſꝫ ignes cineris potiꝰ. At in demr̃atiõe vtrũq̃ req̃riꝛ
vt cauſa cõcluſionis cauſa etiam rei ſit:q̃ cõcludaꝛ. Sed
qꝛ cauſa oĩs ⁊ prior ⁊ potior effectu eſt:neceſſe ẽ:propoſi-
tiones quoq̃ ⁊ proprias ⁊ priores ⁊ potiores eẽ cõcluſiõe
Et qm̃ ſcire cõtingit:qñ credimꝰ eẽ aliter non poſſe:q̃ ſit
idcirco veras haberi propoſitiões oportet. Si eni falſum
aliquod cõtinerẽt:ſeq̃reꝛ ſciẽtem opinari eẽ: que nõ eẽnt:
veluti ſi ex falſis propoſitionibꝰ induceret diametrũ eẽ
cõmenſurabilem coſte. Sed ſi oĩs doctrina ⁊ diſciplina
prenotione anticipationeq̃ paritur: neceſſe ẽ ⁊ in demõ-
ſtratiõe hoc ꝓbari. Hac de cã oꝫ notiores eẽ ꝓpões quã
ꝯclõnẽ ꝯcedi. Prenoſci vo has nccẽ ẽ nõ ſolũ vno mõ.i.
cognitiõe:qd indicẽt noĩa:ſed ẽt illo:cognitiõe ꝙ ſint. nã
in h̃ ſita veritas ẽ. Sed teſtemur breuiter:q̃ ꝓpõnibꝰ de-
mõſtratiõis nccr̃ia diximꝰ. Ea ſũt hec:vt cauſe ſint:vt ꝑo-
res:vt potiores:vt ꝓprie:vt vere:vt notiores. Plane de-
mõſtratio oĩs nõ ſolũ ex ꝑoribꝰ ſed ẽt ex ꝑmis ꝯſtat. Si ei
ſũpta demr̃ari ꝑ alia ſũpta pñt. ꝑora q̃dẽ ꝯne videbunꝛ eſ
ſe:ſed nõ ꝑma. Si vo aliq̃ oĩno demr̃atione nõ egẽt:ſed ꝑ
ſe ꝓbabilia manifeſtaue ſũt:hec ꝑma ⁊ ſũma intelliganꝛ
nccẽ eſt. Qꝺ genꝰ veteres ꝓfata ⁊ ꝓloga ⁊ enũciatiões vt
ſic dixerim imediatas:⁊ dignitates appellãt in q̃ reliq̃ cõ
ferenꝛ:⁊ ꝑ quã ſũptiões q̃ ſyllogiſmũ optimatẽ ꝯſtituũt:
approbarenꝛ aſſererenꝛ q̃:eoq̃ ⁊ ꝑnciᵃ demr̃atõis vocãꝛ
Qꝛ ſi q̃ ꝓpõnes ita ꝑme ⁊ ita ꝑores hñꝛ:palã eſt eas prio
res eẽ nõ nobis:ſꝫ nãe.nã nobis ꝑora ſunt ſingl̃aria:⁊ q̃
ſub ſenſũ cadũt:nãe vl̃ia ⁊ a ſenſu lõgiſſime poſita. nã et
quom notiores dicunꝛ:id referẽdũ ad nãm eſt. Nec enim
demõſtratio ad mẽſurã ſe ingenij nr̃i ſumittit:ſed rectã iꝫ
ad vitatẽ viã:nec qd ipi poſſimꝰ:attẽdit:ſꝫ in ſolã rei nãm
incũbit:illã veſtigat:illã explorat: ẽt ſi nobis ignota incõ
ſpectaq̃ ſit. Nã ſyllogiſmꝰ ſciendi in eo maxie a reliquis
euariat. Qꝛ illi tũ veꝝ ex falſis pñt oſtẽdere: qꝺ apud rhe
tores freques ẽ:tũ ꝑora ex poſterioribꝰ: q̃lis videꝛ ſyllo-
giſmꝰ:q ex ſigno ꝯiecturaq̃ duciꝛ. Iã ceteri vt ꝯcedamus
ex veris:nõ tñ ex ꝓpris formãtur. Sꝫ ita vt ſi aliq̃s medi-
cus vulnera orbicularia difficilius curari ⁊ coaleſcere eo
cõprobet:ꝙ figura ea capaciſſima oim ſit.nec.n. medico
ꝓpria ea rõ eſt:ſed geometrie. Et hec oĩa obſeruãda i ijs
ꝓpõibꝰ ſũt:q̃ ad demõſtratõem exq̃ſitã ⁊ ſtabilẽ adhibeꝛ.

## Quid ſit propoſitio immediata. Capl̃m .v.

Propoſitio itaq̃ ſũma imediataq̃ dr̃:q̃ nulla ſu-
perior ẽ:⁊ quã nemo demr̃atiõe alia ꝯfirmare pt
Atq̃ oẽs he cõplexu vniuerſaliũ ꝯſtãt. Sunt.n.
nõnulle q̃ ex ſenſilibꝰ nectanꝛ. Nã tunicã eẽ cãdi
dã:ꝓpõ imediata ẽ.ſed nõ eiꝰ gñis cuius eẽ ꝑnᵃ demr̃a-
tiõis req̃rũt: q̃ppe q̃ vl̃ia eẽ nccẽ ſit. Cuius rei cãm poſt
viderimꝰ. Immediataꝝ ꝓpõnũ q̃ demr̃atiõi aſſeruiunt:
alie ea nã ſũt:vt nccẽ ſit oẽs hoies q doceri q̃cq̃ velit:no-
titiã ⁊ informatiõem eaꝝ ipreſſã ⁊ ante captã habere ſine
doctrina. ⁊ hec vt dixi ꝓloga ⁊ ꝓnũciata diciũꝛ. Cõſurgũt
eñi ⁊ ꝯualeſcũt notiões:q̃dã ⁊ ſenſus cões in hoie:ſuapte
nã:citra docẽtẽ:ſine q̃bꝰ nec intelligi q̃cq̃ nec q̃ri poſſit.
Qꝛobrẽ Theophraſtꝰ illas ita finit. Proloquiũ ſiue digni
tas pſuaſio q̃dã ẽ. Cuius due ſũt ſpẽs. Una ipromiſcua:
et ad ea tm̃ ptinẽs:q̃ certo gñe ꝯtinẽtur:q̃lis illa:ſi ab eq̃li
bus eq̃lia demas. Altera vaga ⁊ in oẽ genꝰ fuſa:q̃lia ea in
quibꝰ aut etiã aut nõ poniꝛ alterutrũ eẽ verũ oꝫ. Horũ
cognitio pinde vti ꝯgenita ⁊ cõis oibꝰ vꝫ. Ab hac rõe di-
gnitates vocãtur:⁊ merito. Nã q̃ꝝ vſus aut ſimpl̃r i oibꝰ
ꝯſtat:aut pticulatim in ijs q̃ vniꝰ gñis ſũt: digna ꝓculdu-
bio iudicãtur:quibꝰ potiſſimũ credatur:⁊ q̃ inter ea i q̃bꝰ
poſita ſũt:ꝑncipẽ locũ obtineãt. Atq̃ hec vna ſpẽs imedi
ate ꝓpõis eſt. Altera poſitio dr̃:q̃ q̃ʒq̃ʒ demr̃atiõe alia ſta-
biliri nõ poſſit:nõ tñ nccr̃io a diſcẽte ꝑſcitur:ſꝫ accipiẽda
a docẽte eſt. Poſitiõis aliud genꝰ definitio eſt: aliud ſub-
iectio. Definitio ẽ orõ :in q̃ nec eẽ:nec nõ eẽ rẽ dicimꝰ:
ſed tm̃:qꝺ ſit rei eẽ. Qꝛ uiſq̃ ſeq poſſit:vt ea res ſit: cuius

UVA. BHSC. IyR_086_3

definitionē afferim⁹:nō tñ h̃ ſiniēdis reb⁹ ꝑncipalr̃ accu‑
ram⁹.Nā vt ſit res:per accñs ē: Per ſe vero qdnā res ſit
definitio exꝑmit.Definitiões porro ſolas ſcire opz. Pro
hinc ambigit̃ vtrū definitio aliq̄ ꝓpoſitio videat̃ eſſe. Et
hercule nō videt̃:cū definitio q̄drare ⁊ rñdē debeat noi:
qd̄ definiat̃.Alioqn in eo nobis:Ariſtoteles clara voce te
ſtatur.Definitio inqt rem eſſe vel nō eſſe nō ſumit.Ꝯ̃rio
ſi nō ſit ꝓpō:q̃zobrē vt ſpēs ꝓpōnis imediate affert̃.Sz h̃
alijs ꝑſiculādū ⁊ explanādū relinq̄.Mihi in trāſcurſu
admonuiſſe ⁊ locū mōſtraſſe ſat ſit.In duas itaqz ſpēs(vt
dixi)poſitio ſecat̃.in definitionē ⁊ ſubiectionē.Cōe aūt cu
iuſqz ſubiectiōis eſt ꝑmū nō ꝯiungere hoib⁹a nā:ſed ab ar
tifice ꝑceptoreqz impꝑmi.Tum deinde ꝓpōnem eſſe.Con
ſtat.n.qcqd in ſubiectione collocat̃:de eo aut vt ſit:aut vt
nō ſit:ſp afferri:quoiuſmodi ille ſunt.Motū eſſe:ex nihi
lo fieri.A q̄cūqz pūcto ad aliū pūctū lineā rectā educi.Ac
ſubiectiões qdē potiſſimū appellam⁹:q̄ vel a ſe nobis ꝑ
ſpicue ſūt:vel ſimulatqz didicim⁹:aſſertiōe etiā nr̃a facile
cōprobant̃.Que vero nō ita ꝑſpicue ſūt:hee poſtulata ſi
ue petitiōes dicūt̃. Ut apud geometrā: lineas q̄ a minori
b⁹ angulis extrahūt̃ cōuias fieri. Atqz hec ſimpliciter ꝓ
prieqz poſtulata ⁊ ſubiectiōes vocāt̃.Sed aliud gen⁹ po
ſtulatoꝝ ⁊ ſubiectionū habet̃:que neqz imediate ſūt:neqz
demōſtratiōis aſtructu indigēt:ꝙ ſiquis illas citra expli
catiōez in ſyllgiſmo cōſtituat: neqz ſubiectiōes neqz poſtu
lata oibus ⁊ ſimpliciter dicēt̃:ſed illi vni dūtaxat: q cōſti
tuerit ꝯceſſeritqz.Demr̃atiōes v̄o nō ex talib⁹:ſed ex ꝑori
bus certi ⁊ ꝯfeſſis exiſtit.Quid ſit imediata ꝓpō q̄ demō
ſtrationi ꝯueniat:qd poſitio:qd ſubiectio:qd̄ poſtulatuz
executi iam ſumus.

¶Plus credi ꝓpōnibus q̄z concluſioni. Cap.vj.

n Unc videam⁹ ꝑuilegia ea q̄ ꝑncipijs demr̃atio
num tribuim⁹:recte an ꝑperā ſint tributa:id fiet
cōmodiſſime:ſi a capite ſingl̃a ꝑceſebūtur.Dixi
mus aſſūptiones in demr̃ationib⁹ notiores ꝯ̊ne
haberi:nec iniuria qñ ꝑ illas ⁊ ſcire ⁊ credere ꝯ̊nē oz.Sē
per.n.id qd̄ plurib⁹ tribuit̃:ita vt alteri ꝑ alteꝝ tribuatur:
neceſſe ē:vt illi plus cōpetat:ꝑ qd̄ alter cōicat̃. Si igit̃ ꝯ̊
nes merito ꝓpōnū ⁊ credūtur ⁊ cognoſcunt̃:ꝑfecto ncc̄e
eſt:vt ꝓpōnes ampli⁹ credant̃ ⁊ cognoſcātur.Qui.n.ꝑce
ptorē ob diſcipulū diligit:nimiꝝ ncc̄e eſt: ipm magis di
ſcipulū diligat.Ita ꝓpōnes ille ncc̄rio notiores ſūt: inte
rim ois ex qb⁹ ſyllogiſmi ꝯficiūtur:iterim nō oēs:ſz q̄daz
oino.Sūt porro aliq̄:qbus qd̄ admodū euidētes nō ſūt:
ita demū vtimur:quom demr̃are ꝑ alias fuerit.Qd̄ ſi ve
rū eſt ꝓpōnes:quā ꝯ̊nē plus cognoſci.Duoꝝ alteꝝ dabit̃
vt aut illas ꝑ demr̃ationē ſciam⁹:aut vt in ijs noſcēdis me
lius ⁊ locupleti⁹ affecti dicamur:quā quom ꝑ demr̃atiōz
qd ſcim⁹.Atqz h̃ mō circa dignitates ⁊ enūciatiōes ꝑmas
afficit̃.Nō ſolū aūt credibiliores oz ꝓpōes quā ꝯ̊nē ꝯce
di:ſed etiā vt nihil ex ijs q̄ ꝓpōnes ijs ꝯ̃rie ꝯtinent̃:credi
bilius ſit.Nā ſi nihilo magis ꝓpōibus q̄z ꝯtrarijs credas
neqz ꝯ̊ni vtiqz crediderís potiuſ:q̄z huic ꝯ̃rie.Eo credere
etiā ꝯtinget:poſſe aliter eſſe q̄z ſit ꝯfectū:Ita fiet vt com
plexionis ſcientia inuariabilis eſſe non videatur.

¶Nec ſciri demonſtratione oia nec circulo. Cap.vij.

n Onnulli aūt ſt:q male vtētes his q̄ a nobis recte
dicūt̃:demōſtrationē de medio fundit⁹ tollant.
Ac nos qdē putam⁹:ſi vlla demr̃atio ſit.ſūpta ei⁹
oportere āpli⁹ ſciri q̄z ꝯcluſionē.illis v̄o hoc non
videt̃:ſed arbitrāt̃ nihil ſciri a nobis poſſe:niſi qd̄ per de
mōſtrationem ſciat̃.Non igit̃ concedent ꝓpōnes ampli⁹
ſciri:niſi fides his per demōſtratiōis lucē acceſſerit.Qꝛ ſi
aſſumptiōes ncc̄e eſt demr̃ari ꝑ alias:atqz has rurſū ꝑ ali
as ſp:aut in infinitū caſura inqſitio eſt.Infinita aūt exigi:
aut abſolui q pn̄t?Aut ſi defatigatus ꝓceſſu deſiſtas: ſine
dubio relinq̄re iq̄tas ſaltē illas oportebit:qb⁹ demr̃andis
pre faſtidio ſupſeſſurus ſis.Ex ignotis autē ꝑncipijs qui
poſſit qcq̄z cognoſci?Nā quoꝝ ꝑri⁹ ignorat̃ ipa q̄ de ꝑnci
pijs ꝓfluūt ſciri nō pn̄t:niſi forte ꝑ hypoteſim.i.ſubiectio
nē adiūctionēqz illoꝝ. Sane poſtremū h̃ veriſſime dicit̃
ꝑoribus ignoratis:poſteriora cognoſci non poſſe.Illud
ꝑperā ſciri nō poſſe:niſi qd̄ ꝑ demōſtratiōem ſciatur. Nā
ꝑma ſūt q̄ ⁊ ſciant̃ nec demr̃ationē capiāt!Profecto idē
peccāt ⁊ qui nihil ſciri ⁊ qui oia ſciri ꝑ demōſtrationē de
fendūt.Sed quēadmodū notiſſimū ē pleraqz hmōi eſſe:
vt fidē aliūde ⁊ ꝓbatōnē regrāt:ita nihilominus ꝯſpicuū
videt̃:cōplura eſſe q̄ ſuopte ingenio cognita explorataqz
ſint.Immo magis etiā q̄z que ꝯfirmatiōe alterius addi
cūtur.Iā ꝑnci ͣ demōſtrationis demr̃ationes eſſe nō pn̄t:
ſed ꝓpōnes indubitabiles imediateqz:⁊ luce ſua ꝑſpicue.
His ꝑfecta mens ē:que termios cōprehēdit quoꝝ cōple
xu dignitates ⁊ ꝑfata concipim⁹.Melius h̃ mō dicitur q̄z
ꝯceditur:ea que noſcātur oia videri ꝑ demr̃atiōem q̄ſita.
Alioqn dū infinitā illā ꝓgreſſionē declināt:videtur i cir
cularē ⁊ reciprocā demr̃ationē incidere.Hoc aūtē erro
rem errore alio opꝑire.Ita cū ea ſumāt:quib⁹ nitantur de
mōſtrationē ſeruari:nihilomin⁹ cōceſſis his ncc̄e eſt de
mōſtrationē excidi.nā ſi ex ꝑoribus ⁊ notioribus cōſtitui
demōſtratio debet:impoſſ̃e aūt eſt eiſdē eadez eſſe priora
poſterioraqz:fieri nullo mō pōt:vt quicq̄z circulo demon
ſtretur.Nam circulus demr̃atio eſt:in qua id quo demō
ſtrandis alijs vtimur ꝑ illa ipſa retro aſtruimus.Ac pōt q
dem accidere vt eadē eiſdē priora poſterioraqz habeant̃.
nō tñ ſimul nec vno reſpōſu:ſed diuerſo:vt ſi alia ad nos
alia ad naturā referri dicantur.Demōſtratio v̄o ſp priora
que ſm naturā ſint priora deſiderat.Qꝛ ſi ex priorib⁹ ſm
nos demōſtratio aliqua nectitur:vt demōſtratio appella
ri poſſit:non tñ ſimpl̃r:ſed ſm nos demonſtratio fuerit.
nō ſolū aūt rōe hac demōſtratio reciproca euertit̃. Sz ob
deridiculū quoqz qd̄ ex ea cōſequitur.Id tale eſt.A.eſt:ſi
A.eſt.nā ſi per.A. oſtēditur.B.ꝑ.B. v̄o aſſeritur.C.ꝑ.C.
rurſuz cōitur.A.manifeſtū eſt.A.demōſtrari ꝑ.A. A quo
eñi cepta eſt:in id reſilire:ac referri videt̃ oro. Hoc autē
ambitu nihil ſit demōſtratu ⁊ explicatu difficile. Multa
alia icōmodā ijs eueniūt que nos in cōmētationibus de
ſyllogiſmo collegim⁹.Quare relegādi illuc ſunt qbus ea
noſſe accuratius:ſtudiū eſt. Nos hoc loco repetere nō ē
ncc̄e:ſz pl̃a fortaſſe q̄z vſus poſtulabat eꝝ negotiū dixim⁹.

¶Neceſſarias eſſe ꝓpōnes in demōſtratione. Ca.viij.

r Edeamus ergo vnde ſum⁹ deducti. Dicebam⁹
ſupra veras eſſe ꝓpōnes ſcie oportere.Nec ſolū
ſimpl̃r veras:ſed etiā que aliter eſſe nō poſſent.
Qd̄ nihil aliud eſt q̄z ꝓpoſitiones neceſſarias fa
cere.Atqz hoc rectiſſima rōne.Quom.n.id quoius fides
ꝑ demōſtrationē accipitur:neceſſariū ſit. Neceſſariū aūt
id dicitur in artificio demōſtrādi:qd̄ aliter eſſe nō poteſt.
atqz hoc ita etiā nō aliūde cognoſcitur niſi ex demōſtrati
one ⁊ ſyllogiſmo ſcientie.Nimirū neceſſarias oportz ha
beri propoſitiones:per quas illud efficitur.

¶Quid ſit dici de omni. Cap. .ix.

d Einceps enumerāde queſtiōes ſunt:que ad de
monſtrationē ꝑtinēt educēdaqz rō eſt:quēadmo
dū habūdare copia ꝓpōnū eaꝝ poſſim⁹:que ad
hoc genus qōnū accōmodātur. Initiū aūt a ſer
mone de ꝓpōnibus inſtituto ſumat̃:ex illis.n.ſyllogiſm⁹
ꝯſurgit.Qm̄ itaqz ois ꝓpō ex ſubiecto aliq̄ ⁊ ꝑdicato ꝯne
ctitur:ſcire oz ꝑdicatū in ꝓpōnibus demōſtrādi:nō vtcū
qz:ſed ꝑ ſe de ſubō dici afferriqz oporteret.Sed quidnam
ſit hoc:qd̄ ꝑ ſe vocamus declarabit̃ mox. Sed ꝑus eſt vt
ſciat̃ quid ſit ꝑdicare de omi.nā ſine hoc verbū ꝑ ſe expli
cari probe nō pōt. Predicare de omi eſt: nō qd̄ in aliquo
ſit:in aliquo nō ſit:aut qd̄ mō ſit mō nō ſit. Aliud.n. gen⁹
hoc ab eo quoius in libris de ſyllogiſmo habita mētio ē:
ibi nāqz de omni appellabat̃ qd̄ non ſp ſed aliqñ omnib⁹
ineē diceret̃. de quo eñi dicēdū eſt.qd̄ de omni affirmat̃.
Exempli gr̃a:de omni hoie animal dicit̃:de quo eñi veꝝ
eſt hoiem dici: de eodē alterū veꝝ eſt aial: ⁊ ſi nūc vnuz



UVA. BHSC. IyR_086_3

eſt veꝝ:alterū quoq; verū eſſē neceſſe eſt:ꝙ aūt tale ſit id
quod nūcupat᷑ de omni:conſtat argumēto eo ꝙ ij q indu
ctionē afferre ⁊ reꝑhēdere hoc genus voluīt ſolēt alteruȝ
ꝓbare:aut ꝙ aliquoi vni nō inſit:aut ꝙ aut aliqñ non in,
ſit:atq; hoc eſt qđ de omni dicit᷑ ſiue de toto.

¶Quid ſit dici per ſe. Cap.x.

Er ſe p̄dicari vident᷑ ea:que cōmode de omī di,
p cant᷑:in eo ꝙ ſit rei eſſe de ſubiecto dicunt᷑. vt de
hoīe aīal:de platano arbor:de triangulo linea.
Eſt.n.triangulus q directis tribus lineis ꝯtinet᷑
Porro nō omē qđ p̄dicatur de omī:p̄dicatur etiā per ſe.
Nā de omni cygno candidū p̄dicatur:qꝛ ⁊ ſemꝑ ⁊ omī cy
gno candor ineſt:nō tñ in eo qđ ſit cygno eſſe. Sane mo,
dus hic vnꝰ eoꝝ eſt:que ꝑ ſe p̄dicari dicunt᷑: quoius vſus
in demōſtratiōe ꝓmarius ⁊ maximus eſſe ſolet. Secūdo
modo accidētia illa:in quoꝝ definitionibus collocantur
ſubiecta:per ſe ineſſe dicunt᷑ ijs ſubiectis:que in diffinitio
ne ſumunt᷑:declarāte quid ſint:ꝓinde ſimitudo ꝑ ſe naſo
ineſt:quia definitio ſimitudinis naſi cauitas eſt.Ineſt ꝑ ſe
et rectitudini linea:quia in finitione eius linea adhibetur
Nihil.n.aliud directio eſt:q̃ȝ mēſus is qui ſuꝑ puncta li,
nee indeclinis ⁊ equiremꝰ eſt. Ineſt ⁊ imparitas numero
Quid.n.eſt impar niſi numerus in ꝑtes inequales didu,
ctus. Inſunt ⁊ animo v̊tutes:qꝛ in finibus eaꝝ aut ꝑs ali,
qua animi a potētia ſemꝑ adiungit᷑. Tertia forma eorum
que per ſe adſunt:ꝑtinet ad accidētia:que ita ſubiectis ſu,
is inſunt:vt nō alijs ꝓus:quō ſuꝑficiei color. He igit᷑ que
tribus his modis de aliquo afferūtur:ꝑ ſe afferri dicunt᷑.
Eſt ⁊ quartus modus verbi huiꝰ per ſe:nō in his:que de
alio p̄dicētur:Sed in his q̃ neq; ꝑ aliud ſunt:neq; in alio
cōtinetur:atq; hec indiuidue ſubſtātie ſunt: Callias:So,
crates:Plato. Sūt ⁊ cauſe quedā ꝑ ſe q̃ nō ex accidenti:
nec forte fortuna ſunt cauſe:vt ſi in ambulāte me fulſerit.
Nō.n.ꝓpterea ꝙ in ambulabā:fulſit:ſed temere cōtigit.
Itē ſi paſtinādo in theſauꝝ qs offendat:nō iccirco paſti,
nabat:vt theſauꝝ inueniret:ſed ita cecidit. Si v̊o vigilā,
te te:Socrates morit᷑:eueniſſe id caſu nō dicimus:quia iu
gulatio illa ꝑ ſe cauſa interitus eſt.

¶Qui modi eorum:q̃ per ſe dicunt᷑:ad demonſtratōnem
pertineant. Ca. .xi.

Tq; hec poſteriora ſignificat eius qđ per ſe ap,
a pellauimꝰ adiecta ſunt amplificādi exornandiq;
gratia. Priora aūt duo manifeſtū eſt:ex neceſſa,
rijs ꝯſtare. Nō.n.pūt nō eſſe:q̃ in definitione de
noibus:in eo ꝙ ſit rei eſſe:dicūtur. Nec que ita ſubiecta
accidētibꝰ ſunt:vt in definitionē eoꝝ addant᷑. Ceterū ſine
aliqua rōne intelligi pōt:neceſſario eſſe ea q̃ in definitiōe
nominū collocant᷑. Illud nōnullā cōtrouerſiā habet:vtꝝ
accidētia quoq; ipſo neceſſario ſint:que ſine ſubſtātia ſui
ſubiecti definiri nō poſſunt. Veꝝ hoc facilꝰ fiet itellectu
q; capiet᷑:ſi ꝓus qōnes quaſdā que huic videntur attinge
re ſoluerimꝰ:nullū igit᷑ tale accidēs pōt ex ſua natura om
ni aliquoius ſpeciei indiuiduo ineſſe. Nā ſimitas omni
naſo nō ineſt.neq; omni numero paritas. Ex hoc ſequit᷑
vt dicere bono ꝑiculo liceat:nō ineſſe neceſſario ſimilitu
dinē naſo:neq; numero paritatē:atq; hoc veriſſime dicit᷑
Siquis accidētia hec ſeorſum accepit. Qꝛ ſi de accidenti,
bus ijs ita ſermo fiat:vt qbus ꝯtraria ſua rñdeant:parita,
ti imparietas:ſimo re ſimū:⁊ ſingulis ſingula:Tūc alteꝝ
ꝯtrarioꝝ neceſſario p̄dicabit᷑ de ſubiecto:ois em̄ nūerus
par vel impar eſt.⁊ ois linea arcuata vel directa. Proin,
de negatio vnius cōfirmatio alteriꝰ eſt.nā numerus: qui
eſſe nō impar dicit᷑:ſtatim cognoſcit᷑ par. Et naſus q neq;
rectꝰ neq; re ſimꝰ ſic:ꝯtinuo intelligit᷑ ſimus. Sunt.n.aliq̃
quoꝝ ꝯtrarietas pluribꝰ q̃ȝ duobꝰ cōſtet:atq; hec ſunt q̃
inter ſe exceſſu defectuq; differūt: qm̄ in his et medietas
cernit᷑:q̃ȝobrē ſi de quaq; re aut affirmatio aut negatio ve
ra eſt. Negatio aūt taliū accidentiū:alteꝝ ponit in ſubie,
cto habili determiatoq;:manifeſtū eſt alteꝝ illoꝝ neceſſa
rio ineſſe omnibus:que ſubiecti generis natura partici
pant. Quid ſit de omni:quid per ſe:definitū iam ſit.

¶Quid ſit vniuerſaliter dici. Ca. .xii.

Unc de vniuerſali agamus. Uniuerſale appel,
n lo qđ de omni ⁊ per ſe ⁊ quatenus ipm̄ eſt: dicit᷑.
Quare ſi quid per ſe eſt:nō continuo ſequitur vt
vniuerſale etiā ſit. Nam ſecūdus modus eorum
que dicunt᷑ per ſe:⁊ ſequētes duo:vniuerſaliter eſſe non
poſſunt. Neq;.n.propterea ꝙ de omni dicūtur: ſtatim ne
ceſſe eſt vt vniuerſaliter ſint.nā albū de omī cygno affer,
tur:⁊ atrū de omni coruo:nō tñ vniuerſaliter:quia neq; ꝑ
ſe. Utrūq; igit᷑ adeſſe neceſſe eſt:ijſq; vniuerſaliter p̄dicā
tur:⁊ vt per ſe:⁊ vt quatenus ipſa ſūt:predicent᷑. Hec duo
nobis hoc loco audiēda vt eadē ſunt. Eſt.n.alterū alteriꝰ
ita cōſentaneū cōnexūq;:vt ſeparari alterū ab vtroq; non
poſſit. Exempli gratia:ineſt per ſe longitudo linee:quia
in definitiōe eius affertur. Ineſt etiam q̃tenus ipē ē. Re
ctitudo quoq; ineſt linee tum per ſe:tum quatenus ipa ē.
Nam ſine linea rectitudo definiri nō poteſt. Sed quero
num omnia que definitionē aliquoius comminuunt:vni
uerſaliter predicentur:vt genera:vt differentie:que ⁊ de
omni ⁊ per ſe afferri predicariq; conuenit. An ſi definiti
onem vniuerſalis reppere accuratiſſimā volumus.adij,
ciendū eſt nō modo vt per ſe:et vt de omni dicatur: ſed vt
primum adſit:huic:et nulli alij prius:verbi gratia. Habe
re duobus rectis pares ꝓmo adeſt triangulo. Hec.n.affe
ctio ⁊ per ſe triangulo:ineſt ⁊ omni triangulo: quia ꝑ eſ
ſentiā primumq; adeſt. Habere igit᷑ duobus rectis equa,
les vniuerſale in figura nō eſt:quia omni figure nō adeſt.
Nā quadrantali non adeſt:ſed nec vt vniuerſale ſchala,
rio adeſt:q̃ȝuis em̄ omni ſchalario ⁊ omni equilatero et
omni equipedo adſit: nō tamē ijs adeſt vt primis: qꝛ priꝰ
adeſt in cōmune triangulo. Illud ergo quod omni et pri,
mum ineſt:ineſſe vniuerſaliter dicit᷑: ⁊ demonſtratio ex
hoc genere affectionū:ſiue vniuerſaliū conſtat: q̃ȝuis ad
ea quoq; vſum ſui demonſtratio porrigat:q̃ ſub vniuerſa
li habentur.nam qui triangulum continere duos rectos
oſtendit:equipeduȝ quoq; continere duos rectos obiter
demonſtrat:Geometra tamen explicationeȝ ſuam nō ad
eqpedū.ſed ad triangulum generatim accōmodat. Nec
deterreri hoc exemplo quemq̃ȝ velim: quom vniuerſale
ſubiecto equipollere:⁊ cū eo reciprocare conueniat. Sci
re licet genera q̃ȝq̃ȝ in plura ſe quaſi fundunt hiantq;:ta,
men differentijs proximis ineſſe vniuerſaliter:mox ⁊ dif
ferentias ſpeciebus:alioquin ſiquis hoc negauerit:coge
tur fateri demōſtrationē ad ſolas pertinere definitiones.

¶Quemadmodū circa vniuerſale in demōſtrando error
contingat. Ca. .xiii.

Aud quaq̃ȝ aūt ignorandu ȝ eſt circa vniuerſale
h frequēter errari. Fit.n.ſepenumero interim vt
qui demonſtrēt demonſtrare non credant: inte,
rim contra:vt qui nō demōſtrēt demonſtrare ſe
putent. Tres adeo cauſe allucinatiōis huiꝰ noſcunt᷑. Pri
ma ē quom id de q̃ aliqd demſtramꝰ ſinglare ⁊ idiuiduuȝ
eſt:vt ſol:luna:mūdus. Nā cū nihil ſit ijs ſuꝑiꝰ aut cōe:ſȝ
mera indiuidua ſint:tm̄ vnꝰ ē ſol:⁊ luna vna:⁊ vna tellus
et celū vnū. Quotiēs de ijs demſtratiōeȝ aliquā nectimꝰ:vt
de terra ꝙ in meditullio orbis ſit locata:aut de celo qđ cir
cumagatur:tum id qđ vniuerſale eſt demōſtraſſe non vi
demur. An eſt q neſciat de ijs:vt ſinglaria ⁊ ꝑticularia ſūt
demōſtrationē cōponi nō poſſe. Nō.n.de ſole vt vnus eſt
demōſtramꝰ:deliquiū eiꝰ:lune interuētu ꝯtingere. Sed
ita vt etiā ſi multi ſoles eſſent:idē ꝓbaſſe demonſtraſſeq;
videremur. Verbi cauſa: Si ex omī triāgulo ſolus equi,
pes haberet᷑:quē duobus rectis equales angulos cōtine,
re demōſtraremꝰ:nihil ad rē facerct.eqpes eſſet nec ne
ſed attineret eū eſſe triangulū:etiā ſi eqpedē ſolū extare
ſubiectū ſit. Ita quom ſolē ꝓbamꝰ maiorē terra:nō in eo
ꝙ vnꝰ eſt ſed in eo ꝙ ſol ꝓbamꝰ:eoq; nc̄c̄e ē demōſtratio

UVA. BHSC. IyR_086_3

neʒ nō ad hunc ſolē referri: ſed ad omnem ſolē ſi plures
illuceſcerēt mūdo. Quare quoꝝ de ſingularibꝰ rōcinatio
nes aliq̄ aſtrigunt admonēdi ſumꝰ: nō de ſingularibꝰ: ſʒ
de vniuerſali: ꝙ mēte ꝯcipit aſtrictū ⁊ demōſtratū itelli.
gi. Altera decipuli cā eſt quom ſpecies multe differētesqʒ
ratiōe vna ꝯueniūt. Sed illud i q̄ ꝯueniūt innominatuʒ
eſt. Differūt diſcriminibꝰ ſpeciei numerꝰ: magnitudo: tē
pus. Sed illo ꝯueniūt: ꝙ ſicut quattuor comparīles nu
meri commutati vicibꝰ eiſdē ꝓportionibus reſpōdēt: ita
magnitudines quattuor ⁊ tēpora quattuor. Porro de ſin
gulis demōſtratio ſeorſū fieri ſolet: q̄r res cōe nomē non
habet: neqʒ natura aliq̄ ſuperior ē numero magnitudini
tēpori: de q̄ poſſit illa vniuerſalis affectio demōſtrari. Ac
ēgdē gnalit verū: vt q̄cunqʒ ita comparilia ſūt: commu
tato ordine eiſdē ꝓportionibꝰ ꝯgruāt. Quia vero nomē
aliqđ eiꝰ rei cōe ⁊ certum afferre nō ē: ſoluit demōſtrtio
vna i multas: atqʒ ita de ſingulis demōſtratū vniuerſalit
videt: qđ tamē ſecꝰ ē q̄r nec numerꝰ vti numerꝰ ē: neqʒ ma
gnitudo q̄r magnitudo: neqʒ tp̄s i eo ꝙ tēpꝰ i demōſtrati
ones illas ſufficiūt. Pari pacto falli ꝯtigeret: ſi ſeparatiʒ
de ſcalario ꝓbaret duos eni rectos habere: ſeparatiʒ de
eqpede: ſeperati de eqlatero. Nūc ꝙ in ijs nominatū cōe
habet: vt triāgulꝰ falli nō facile eſt: in qbꝰ vero nō habet
facile. Tertia erroris cā eſt: quom is q aliqđ ineſſe omni
demōſtrat: credit ſe id ieſſe vniuerſalit demōſtraſſe. Uer
bi gratia. Probet Geometra ſi linea recta q̄ ſup duas li
neas rectas ceciderit: rectuʒ vtrinqʒ ſecus angulū faciat
duas illas lineas rectas nūq̄ʒ ꝯiūctuʒ iri. Hoc oibꝰ lineis
ꝯuenit q̄ rectos āgulos faciūt. Nō tamē ꝑ hoc p̄mū eq̄ di
ſtātes ſūt. Nā ſi non vtrūqʒ facerent rectum: ſed duo: qui
ſimul iūcti eq̄les duobꝰ rectis eēnt: nihilominꝰ eq̄ diſtā
tes ꝓbant. Illa ergo demōſtratio: q̄ ꝯfirmat duas rectas
non ꝯiunctum iri: primum ⁊ vniuerſalit ꝯcepta eſt. Illa
v̄o que vtrunqʒ angulū cōmitti rectuʒ demoſtrat: nō vni
uerſaliter: ſed de omni duntaxat concludit. Sed quoniaʒ
diſcerniculo intelligitur de omni: an vniuerſaliter conſti
tuta demonſtratio ſit. Sed conſtat: ſi idem eſſet triangulo
eſſet ⁊ ſcaleno: quemadmodum veſtimento ⁊ tunice: is q
ſcalenum habere duos rectos oſtenderet: vniuerſalē af
fectionem nouiſſet. Quāuis enim ſcalendo duos rectos
contineat qua triangulus eſt: tamē ex ſubiectione idem
eſſe triangulum ⁊ ſcalenū conceditur. Quod ſi non ideʒ
ſed alterum eſt: nec qua ſcalemus: ſed qua triangulus af
fectionis eius particeps eſt: profecto ij qui demonſtratio
nem eam de ſcaleno qua ſcalenus eſt conditam arbitran
tur: ignorāt affectionē illā vniuerſalē eſſe. Sed q̄ro: qua
rōne ſcrutari poſſimus duos rectos: vt ſcalenus: an vt tri
angulis habeat. Hoc eni ſolum nobis reliquū eſt: ad mē
tionem preſentē. Igitur affectio vniuerſalis ꝑ illud adeſt
habeturqʒ: quo adempto: q̄r p̄muʒ int illa eſt: que inſunt
ipſi: cōtinuo ⁊ p̄dicatum adimitur. Uerbi grā. Huic triā
gulo inſunt oīa hec. Eſſe eneū. Eſſe ſcalenū. Eſſe triāgu
lū. Eſſe figurā. Finibus claudi. Querit ꝑ quod ex his: q̄
modo numerauimus: affectio hec: duos rectos hr̄e p̄di
cet: de triāgulo. Tolle eneū. Num ꝓpterea duos rectos
demeris: nequaq̄ʒ. Tolle ſcalenū. Adhuc duo recti ſupſti
tes ſunt. Tolle triāgulū. Iā hic oportet p̄dicatū tollatur.
Nec eni p̄terea duos rectos hr̄e aliqs triāgulus poſſit: ſi
triāgulus eſſe deſierit. Sed dicet qſpiā: rōne illa effici: vt
affectio hec: ad figuram: ad ſupficiē: ad extremitates: ꝑti
neat. Nā ſi aut figura: aut ſupficies: aut extremitates tol
lātur: nōne duos rectos ſublatū iri neceſſe eſt. Ego v̄o cō
fiteor abiuncta figura: ſupficie: terminis: abiturā affectio
neʒ illā: cōmorituraq̄ʒ: ſed nō q̄r figura: ſupficies: termini.
ſed q̄r triangulus: abiunctis his: neceſſario tollitur. Si
eni ſine figura: terminis: ſuperficie: incolumis eſſe trian
gulus poſſet: vtiqʒ ſublatis etiā is duos rectos hr̄i contige
ret. Sed hoc impoſſibile ē. Tu v̄o id ita cōtemplare. Ma
nentibus: figura: planitie: clauſulis: triangulum deme.
Statim duo recti demūtur. Ergo habere tris: huic p̄mo
⁊ vniuerſaliter dicēdum eſt ineſſe: nā alijs ceteroꝝ aboli
tis nō aboletur qualia ſunt: eneū eſſe: ſcalenum eſſe. Alijs
manētibus nō manet: qualia ſunt: figura: planities: termi
ni. Poteſt eni figura duos rectos non habere: qualis eſt
quadrangula: ⁊ multangula. Triāgulo certe ſeruato ſer
uat: ꝑempto perimit. Quāobrem recte dictuʒ videt vni
uerſalem affectionē ꝑ illud conſtare: quo primum abiun
cto predicatum abiungitur. Abiungitur ⁊ abiuncta figu
ra: ſuperficie: terminis: ſed non primis.

In demonſtrationem neceſſaria ingredi. Cap. xiiij.

His ita cognitis palam eſt ex vniuerſalibus: ⁊ ex
ijs q̄ per ſe adſint: demonſtrationē exiſtere. Naʒ
ſi noticia ꝑ demonſtrationē queſita ex principijs
neceſſarijs ⁊ q̄ aliter eē non poſſint ꝯſurgit. So
la aūt ea neceſſaria ſunt: de qbus dicūtur: Que per ſe in
ijs ⁊ vniuerſaliter cōtinētur: manifeſtum eſt demonſtra
tionē ex illis cōſtitutā videri. Hāc rōnem aliqui cauillan
tur ⁊ cōparant huic. Si animaliuʒ corpora ex ſiccis ⁊ hu
midis conſtant cibus ⁊ potus ſiccum ⁊ humidum eſt: er
go ex cibo ⁊ potu corpora aīaliū conſtāt. Sed vir ſapien
tiſſime nō probaſti: ſola hec eſſe humida ſiccaqʒ. Ariſtote
les v̄o ſola ea eſſe neceſſaria primum oſtendit. Quiſqʒ
nōnulla accidētia ſint: que ineſſe ſubſtantijs ſuis neceſſa
rio videant: vt albedo niui: q̄r tamen natura horuʒ eiuſ
modi eſt: vt aliqbus ſubiectis nō inſint neceſſario: effici
tur vt neceſſaria ſimpliciter credi non debeant. Quēad
modū ſimpliciter illa neceſſaria ſūt: que ⁊ per ſe ⁊ vniuer
ſaliter p̄dicant. Porro ex ijs que vera tm̄ ſint conſtituere
ſyllogiſmū poſſumus. Sed q tamen demōſtratio nō dica
tur. Exēpli gratia. Callias inambulat qui inambulat mo
uetur. Mouetur igit callias. Demōſtrare nō poſſumꝰ ni
ſi ad demōſtrationem neceſſaria p̄ncipia cōferantur. Q̄
v̄o omnis demōſtratio ex neceſſarijs ſit: argumēto eſt: ꝙ
cū demonſtrationem euertimus infirmatione illa vti ſo
lemus: ꝙ ea q̄ ſumūtur neceſſaria nō vidētur. Unde ridē
di ſunt q ꝓpoſitiones: que demōſtrationi preſeruiunt: poſ
ſe accipi de veriſimilibus ⁊ credibilibus arbitrantur: qđ
Protagoras contendit: qui propoſitiones in demonſtra
tionem probabiles ⁊ veriſimiles tm̄ addebat: quas q no
uiſſet ſcientiam conſecutum putabat. Qui v̄o ſcientiam
conſecutus eſſet proculdubio ſcire quid eſſet ſcientia. Sʒ
ſi demonſtratio non ſolum veris ſumptis contenta eſt: ſʒ
proprias cauſas ⁊ alias conditiones: quas retro aſſerui
mus: requirit: facile datur intelligi: demonſtrationem ex
probabilibus non coaleſcere. Nunc q̄ʒ verum ſit omneʒ
demonſtrationem ex neceſſarijs conſtare: probabimus.
Primū nemo ſcierit quamobreʒ neceſſaria concluſio ſit:
niſi propoſitiones neceſſarias cognoſcat. Nam concluſi
onem ſeorſum facile eſt neceſſariam intelligere: vndenā
autē neceſſaria ſit ſciri non poteſt: ſi propoſitiones neceſ
ſarias eſſe nō conſtet. Animal in homine neceſſario con
tinetur: ſed ſiquis in homine propterea contineri animal
credat: quia deambulet: rem quidem neceſſariam cogno
ſcit: h̄ eſt in hoīe contineri animal: ſed rōnem ꝙ animal
in homine contineatur ignorat. Preterea tale medium
ſalua concluſione poteſt extingui. quando autem mediū
concluſionis extinguitur: tollitur cauſa propter quam ne
ceſſaria conclō videbatur. At nōne mirabile eſt? re inco
lumi ſaluo qui ſciat: ratione que non exciderit: manen
te: nihilominus ignoratum id videri. Sane concluſioneʒ
demonſtrationis neceſſariā eſſe conſenſum fere omniuʒ
meruit: ſed ſunt qui putent fieri poſſe vt concluſio neceſ
ſaria per mediū ſequioris generis cōfirmetur. Ac poteſt
q̄dē ex ijs quoꝝ vſus nihil cōcedit neceſſaria ꝯcluſio effi
ci: ⁊ ex nō veris vera: nā licʒ ex neceſſarijs: nō niſi neceſſa
riū ſeq̄tur: nō tm̄ cōmeat vt neceſſarium ex nō neceſſarijs
euenire poſſit. Nō eni quēadmodū ꝯtingēs ex ꝯtingēti
bus: ita eternū ex eternis ſp ꝯcludit. Plibꝰ de h̄ alio ope

in mētiōe de ſyllogiſmo egim⁹. Uer ꝗ ita ſentiūt ignorāt
vtrūqꝫ i ꝯcluſiōe demōſtratiōis regri: ꝛ ꝙ ſeorſū neceſſa-
ria ſit: ꝛ ꝙ ꝑ demōſtrationē id habeat. Habere aūt id per
demōſtrationē nihil aliud eſt ꝗꝫ ꝑ medium tale aſtringi
ꝗ̄ ſublato neceſſariū ſit ꝯcluſionē nec ꝑfecte nec abſolu
te cognoſci: ſiue de cā̄ ſiue de effectu agaꝶ. Quamobrem
ſi mediū: ꝑ qd̄ demōſtras: neceſſariū putab: nec tn̄ neceſſa
riū ſit: ꝑſuaſionē qdē ſciētie habebis: ſed ſciētiā nō habeb
ꝙ ſi vim medij hui⁹ īfirmā ꝓindeqꝫ nō neceſſariā noue-
ris: tūc nec ſciētiam: nec ſciētie perſuaſionem habueris
Que aūt differētia ſit īter demōſtrationē: ꝗ̄ ab effectis ꝛ
ꝗ̄ a cauſis ducitur: ꝗ̄ruꝫ ꝑorē qꝛ expoſitionē ꝯtinet rei: ꝙ ē
ſub hoc verbo vt ſit: alteram quod cauſam quod ita ſit de
clarat ſub hoc noīe quāobre: audire philoſophis in mo
re eſt: ſatiſ hoc loco erit exēplo mōſtraſſe. Quādo ꝓbam⁹
gntū corp⁹ eē ꝙ orbiculari motu ꝯuertiꝶ: ipſum: vt ſit:
addicim⁹. Quādo lunā deficere interpoſitu obiectuque
terre oſtendimus: ipſū quamobreꝫ explicamus: Horum
vtrūqꝫ ſiquis ꝑ media non neceſſaria comprobet: ꝑ demō
ſtrationē ſcire non poterit.

¶ Que ſunt per accidens demonſtrationis rationem non ingredi. Cap. xv.

Sik accidētiū eorū: ꝗ̄ ꝑ ſe nō adſūt queadmodū
i definiuim⁹: verbū ꝑ ſe: ſciētia ꝑ demōſtrationeꝫ
cōciliari non pōt. Non eni hic concluſionem ne
ceſſariā nectere eſt. Nā accidens de quo modo
loqmur contingere poteſt vti nō ſit. Sed quero quos ta-
les ꝓpoſitiōes que de cōtigētibus cōſtāt: interrogare per
cūctariqꝫ ſoleam⁹: ſi cōcluſio neceſſaria ſequi nō pōt. An
ꝗꝫuis de ꝓpoſitionib⁹ ꝯtingentib⁹ ꝯcluſio ſeorſum ꝛ a ſe
neceſſaria nō euadat: tn̄ neceſſario ſeqtur ꝗten⁹ ꝓpōnes
illas admittimus. Uerū ad demōſtrationē artificiū inter
rogādi: nō ꝑtinet: qꝛ ſyllogiſmū ſcientie ab eo: ꝙ ꝓpoſita
ꝯcedanꝶ aut negenꝶ: pēdere nō ꝯuenit: ſed ex ipſa plane
rerū natura. Spectare aūt illa ſolū oportet: ꝗ̄ quoiqꝫ ge-
neri ꝑ ſe inſunt: de qb⁹ demōſtratiōes ducātur: vtpote ꝗ̄
ſola ſyllogiſmū ſciētie pariant. Cetera accidentiū neceſſa
ria nō ſunt: nō ſolū ea ꝗ̄ adiūgi ꝛ ſepari cōtingat: ſed aliq̄
etiā ꝗ̄ ſemꝑ innexa adiūctaqꝫ habeanꝶ: vt ꝗcūqꝫ nō inſūt
ꝑ ſe. Nā ſyllogiſmi q ꝓficiſcūtur a ſigno fere media ſumūt
que firma ꝛ ꝑpetua ſint. Nā ꝛ lacteſcere ſemꝑ ineſt mulie
ri ꝗ̄ peperit: ꝛ ignib⁹ fumare. Sed media hec accōmoda
ta demōſtrationi nō ſunt: qꝛ in h̄ genere ꝑora ex ꝯſequēti
bus cōcludūtur. Dictū eſt plurib⁹ fortaſſe quaꝫ res poſce
bat. Propōnes demonſtrationis corrogari nec̄ias opor
tere. Nūc illas ꝛ peculiares ꝛ ꝓp̄as regri docebimus.

¶ Demōſtrationē ex ꝓprijs nō ex ex̄rijs ꝯſtare. Cap. xvj.

J neceſſe ē mediū ſummo: ꝛ primū medio ineē
ſ per ſe: manifeſtū eſt demōſtratiōes de gn̄e vno i
aliud migrare: aut ꝯferri nō poſſe. Uerbi grā: vt
Geometrice Arithmeticis cōgruant. Jlla eni ꝗ̄
aliquoi ꝑ ſe inſunt: ex eodē genere ꝛ natura cēſenꝶ; qꝛ de
ſubſtātia rei ꝓdeunt. Quod vt facili⁹ capiaꝶ paulo altius
petēdū nobis ē. Quom tria in demōſtrationib⁹ viſantur.
Unū id qd̄: aut adeſſe aut nō adeſſe oñdiꝶ: atqꝫ h̄ ꝑ̄dicatū
illud eſt: qd̄ in ꝯcluſionē ꝯferꝶ. Alterū ipſa ꝓloqa e qbus
demōſtratio cōmuniꝶ. Atqꝫ hec cōplexu eoꝝ: ꝗ̄ ꝑ ſe ſunt:
ꝯſtanꝶ. Tertiū eſt gen⁹ ſubiectū: ꝛ nā ea de ꝗ̄ affectiones:
ꝛ ꝗ̄ ꝑ ſe inſunt: mōſtranꝶ: vt magnitudo vt numerus. His
ſubiectis: videam⁹ qn̄ ꝛ queadmodū de gn̄e in gen⁹ trā-
ſitū facere demōſtrātibus liceat. Palā eſt quoꝫ gn̄a oino
abiūcta diſcrepātiaqꝫ hn̄tur: ꝗ̄lia inter ſe ſunt ea: circa ꝗ̄
Arithmetici ꝛ Geometre verſanꝶ: tum de gn̄e, in genus
demōſtrationes referri nō poſſe. Hoc tale ē. Fieri negt vt
Arithmetice ꝓbatiōes accidētibus magnitudinū ꝯueni-
ant accōmodēturue. Accōmodare accipimus ꝓ eo ꝙ eſt
vti ijs: que i alia ſciētia demōſtranꝶ. Qn̄ vō genera illa ꝗ̄
ſi cōicāt: ꝛ nā ꝗ̄ ſubiecte ſciētijs ſūt ſocietate aliq̄ ꝯtinētur:
tūc alteri alteri⁹ ꝑ̄ſidio vti ꝯcediꝶ: ꝛ ꝓnūciata alterius ad
cōmodū ſuū trāſferre. Hoc federe ꝑſpectiua cū Geome-
trica ꝯiūgiꝶ. Cōfinia eni ꝛ cognata vtriqꝫ gn̄a ſūt. Jmmo
vt veri⁹ loquar alterū ſub altero ꝯtineꝶ. Nā lineas rectas
eē: ꝛ angulos rectos: ꝛ lineas eq̄ diſtātes ꝛ lineas ꝯcurrē
ꝛ oia quoꝝ vſus ꝑſpectiuo ē: Geometria demōſtrat. Ab
hac igiꝶ ꝑſpectiui ꝑ̄n^a ſua ꝑ̄cario poſſidēt. Jdē ordo inter
Muſicē ꝛ Arithmeticē cerniꝶ. Nā duplio: ſexqtertiū ſex-
qplū: vnde ortuꝫ hn̄t: mox a numeris ad melica ꝛ mēſus
canoris trāſlata. Sꝫ ꝛ medicina ſepiſſime ꝓbationes a nā
deſumit. Qm̄ corpꝰ humanū circa qd̄ negotiū aru ei eſt:
ſub corpore nāli cōprehēdiꝶ. Sꝫ vel inde adſtrui euident
pōt: qd̄ dicim⁹. Geometra de nullo gn̄e geometrica rōne
mōſtrauerit: qd̄ a lineis ꝛ ſupficieb⁹ ſit abiūctum: vt de h̄.
Cōtrarioꝝ eādē rōnē hēt: aut de illo. Cōtrarioꝝ ꝯ̄ria eſſe
ꝯſequētia: imo ne de ijs ꝗꝫ ꝗ̄ tāetſi a lineis ſeꝑata nō ſunt:
nō tn̄ ꝑ ſe inſūt: neqꝫ in eo ꝙ linee ſupficieſue: ſꝫ extranea
rōne: ꝛ ꝗ̄ ab eaꝝ ſubā lōge abſit. Exēpli cā: vtrū pulcher
rima lineaꝝ ſit recta. Uel vtri magis orbiculari opponaꝶ
an arcuate. Nō eni de pulchritudiue ijs: neqꝫ de oppoſi-
tione ꝯ̄trioꝝ: ꝗ̄ Geometre ſunt: igiꝶ. Preter qꝫ promiſcua
hec videtur ꝛ in pluribus generibus reperta.

¶ Demōſtrationē nō cōſtare cōmunibus. Cap. xvij.

hoc quoqꝫ reueritus ſit dicere terrã ⁊ mare cũ celo cõuer
ti. Deinde ſi ⁊ queãdmodũ Plato fingit:captiui a pueris
hoies in arctiſſimas tenebras ſubterreniſ atqꝫ illuminis
carceribus includanť:intellectũ tẽporis atqꝫ ſenſum ha-
bebunt:cõuerſionis habere nõ potuerũt. Preterea ſi plu
res mundi forent:qđ qdem iam videť Democrito: plura
quoqꝫ ſimul tẽpora cõſtitui oporteret. At hoc diſſentane-
um eſt:q̃ꝫuis enim motus plures eodem tẽpore habeanť
plura tñ tẽpora ſimul haberi nõ poſſunt. Suꝑ hec ſi veꝝ
eſt ante conditũ celũ motũ aliquẽ exordinatũ ⁊ incõditũ
fuiſſe:cui ſententie conſtat graues alioqn autores adeſſe:
nõne tẽpus ante conuerſionẽ celi fuiſſet. Nam motus oĩs
ſiue ordinatus ſiue exordinatus ſit: ſpatiũ tẽporis exigit
95 quo decurrat. Atqꝫ hec longa diſceptatione nõ egent. Il-
lud potius ꝑpendẽdũ qꝺ ⁊ latius patet: ⁊ generalius eſt:
vtrũ motus aut mutatio vlla ſit tẽpus. Quilibet motus in
re mota tm̃ habeť: atqꝫ eodẽ ĩ loco vbi res mota ẽ vtpote
ad definitionẽ rei mote ⁊ rationẽ eſſentie ꝑtinẽs. At tẽpus
vbiqꝫ ⁊ rebus oibus idem adiungiť. Motus itẽ aliꝰ ocior
ꝑnitiorqꝫ ſegnior ⁊ retardior alius. Eq̃le ſemꝑ eſt tẽpus:
96 atqꝫ hoc neqꝫ ꝓlixũ neqꝫ difficile fuerit indicare. Tarditas
⁊ velocitas tẽpore deſcribunť:finiť id enim eſſe velocius
qꝺ breuiore minoriue tẽpore plus ſpatij peragit:tardius
qꝺ pluri minus. Tẽpus vͦ nõ deſcribitur tẽpore:nec eniꝫ
fieri poteſt paruo vt tꝑe multũ tẽporis laťba: neqꝫ contra
multo vt parũ. Nõ ſolũ aũt rõne hac velocitatis ⁊ tardita
tis differũt motus ⁊ tꝑs: ꝙ ille ꝑtinere ad motũ videntur
ad tẽpus nõ videnť: ſed etiaꝫ illa ꝙ q̃ꝫtitas motus tẽpore
definiť:vt lõgus is multuſqꝫ habeať q̃ multo tẽpore agiť:
breuis cõtra q̃ paruo. At tẽporis q̃ꝫtitas nõ definiť tẽpore
q̃ꝫuis enim multũ ⁊ paruum tẽpus dicať:nõ tñ dr̃ multuꝫ
⁊ paruũ per collationẽ ad tꝑs quõ illa motui tribuũť:ſed
alia rõne quã infra reddemus. Iam patet tẽpus:neqꝫ mo
tum:neqꝫ mutationem eſſe.
Unc queramus vtrũ ſit aliq̃ ſaltẽ affinitas inter 97
n motũ ⁊ tꝑs:an geri potius ceſſationiqꝫ finitimũ
videať. Sed quanã id explorauero inges:facilli
me qdẽ opinor:ſi conſideraueris habitũ in quo
vtiqꝫ ſepius cõſtituti ſolemus p̃ſentiſcere ⁊ deꝑhẽdere tẽ
poris fluxũ. Ac recordare qdẽ primũ ſi qñ de lõga in ſom
nia atqꝫ excubia feſſus aut ex laſſitudine aliq̃ obdormiui
ſti arctius: ⁊ qꝺ de Ulyxe Homerus ſcribit:ſi qñ qetẽ pla-
cidiſſimã illã ⁊ morti ſimillimã carpſiſti: tũc Hercules ẽt
ſi te ſomnus in alteꝝ diẽ attinuerit:ſimul expgitus es: ni-
hil interim tẽporis fluxiſſe aduertiſti. Qꝺ Heroibus illiſ
q̃ in Sardo dormierũt accidiſſe fabule narrãt. Nõ enim
ſenſuꝫ vllũ habemus eius tẽporis: qꝺ dormiẽtibus nobis
abſumiť:ſed primũ momẽtũ extremo iũgimus: ⁊ mediuꝫ
tẽpus vt nõ ſentimꝰ:ita de medio tollimꝰ. Queãdmodum
itaqꝫ quũ merũ ⁊ ſolitariũ momẽtũ eſt:tũc nõ eſt tẽpꝰ:ita
quũ vnũ momẽtũ videť: qꝺ vnũ nõ eſt tũc tempus qꝺ pre-
terijt preterijſſe nõ videť. In totũqꝫ ipſi quũ aut nõ muta
mur mouemurue:aut cũ mutatio motuſue latet:tẽpꝰ ſen
tire nõ poſſumus:hinc ſit plerũqꝫ vt nos ⁊ qdẽ ĩcenatos
ĩ pranſoſqꝫ ĩprouiſa ⁊ ſubita nox adoriať ſuperueniatqꝫ
quotiens voluptate ſtudij alicuius cui ĩcubuimus capti:
aut in opus nobis plauſibile ĩpenſius itẽti labore nõ frã-
gimur:vnde oriť illico vt motus ille neqꝫ afficiat corpus
neqꝫ aĩo p̃ſentiſcať. E cõtrario quotiens laborioſe:aut fa
ſtidiẽter qcq̃ꝫ agimus gerimuſue q̃ motũ huiuſmodi ve
hemẽter ſolemꝰ aduertere neceſſe eſt vt ipſum q̃ꝫ tꝑs mi
rifice ꝑcenſeamꝰ. Ea de cã egroti ꝓlixos dies q̃runť: ⁊ te-
dia horaꝝ inceſſunt:ſepe illud occurrit Ariſtophanis in
ore: in aĩo eſt. Quãtũ iupiter ⁊ q̃ꝫ longũ noctis huius de
meaculũ. Ex ijs patet tꝑis ſenſum cũ ſenſu motus eẽ con
iũctũ: ⁊ ab eo potiſſimũ excitari atqꝫ pẽdere. Claꝝ ẽ igiť
tꝑs ſine motu nõ eẽ. Nõ ꝙ ipſi motu demũ itelligamus et
tꝑs: vt Galenꝰ iterpretať:ſed ꝙ de cogitatõe ⁊ intellectu
motꝰ in cogitatiõem: ⁊ intellectũ tẽporis veniamꝰ. Quur
igiť ille tam temere iſthoc deſcẽdit obrepſitqꝫ vel icãdi cõ
tradicẽdiqꝫ ſtudio? Immobilia multa cõcipimꝰ intelligi
mus cogitamꝰ: dũ mouemur: vt polos mũdi ⁊ cẽtrũ ter-
re:nihilominꝰ illa cũ motu nõ ſũt. Porro debuit audire
Ariſtotelẽ vtiqꝫ aptiſſima ⁊ clariſſima voce teſtãteꝫ dici-
tanteqꝫ. Nos ſimul ⁊ motũ ſentimꝰ ⁊ tꝑs. Sed ⁊ enim ꝑ
plurimũ refert: vtrũ iccirco tꝑs eẽ aliqđ motus dicas:q̃
ex notiõe motꝰ pendet notio ⁊ cõmonitio tꝑis:an iccirco
q̃ ipſi motu demũ itelligimꝰ ⁊ cõcipimꝰ tẽpꝰ. Uerũ Gale
nus in pleriſqꝫ oibus fere ad hũc modũ moleſtus impor
tunuſqꝫ ẽ. Nos igiť ſuꝑiora nectamꝰ: ſi tũc tꝑs non ꝑcipi
mus: quũ nullã mutationẽ ꝑcipimꝰ: illud aũt ſit quotiens
tꝑe ꝓ momẽto ⁊ indiuiſili vtimur. Cõtra ſi tũc tꝑs perci-
pimꝰ: quũ ⁊ motũ eẽ: ⁊ q̃ꝫ lõgũ ſit ꝑcipimꝰ: palã eſt tꝑs ci-
tra motũ mutationẽue nõ itelligi adeo:ſed ne eẽ quidem
cõſtareqꝫ poſſe. Sane ẽt ſi quieſcẽdo ⁊ nihil agẽdo motũ
alicuiꝰ corporis tecũ aĩo cõtẽpleris ſtatim cõceꝑis ⁊ itel-
lexeris tꝑs. Si enim obortis tenebris nullo corporis ſen-
ſu adagitato:nulla verba de foris auocãte:ſed ocio plane
ſũmo de nauigatione:de ambulatione:de lucta:de bello:
de pace ſoli conſiliũ aliqꝺ ineamus: cõtinuo videbiť ſeſe
nobis tẽpus offere. Ceteruꝫ nõ ſolũ tꝑs motũ aſſequitur

UVA. BHSC. IyR_086_3

adduciturq; cũ eo::ſed exaduerſum quoq; motus ipſe co
mitatur ⁊ reſpondet ad tp̃s. Nam ſimul lapſũ ⁊ confectũ
aliqđ tp̃s animaduertim⁹: ita atq; ſtatim admonemur et
motus: itelligimuſq; initam ⁊ pſolutã interea motionem
mutationem ue aliquam: vt ſi duas horas abiiſſe nobis co
gnoſcim⁹: non aliũde id colligimus: niſi de actibus: quia
ſ.ant deambulauim⁹: aut ſcripſimus aut declarauim⁹ tm̃.
Quãobrẽ neutrũ põt ab altero ſeiugari. Sane priores ra
tiones aſciſcunt non eẽ idem motus ⁊ tp̃s. Sequẽtes oſtẽ
dunt tempus ſine motu haberi poſſe.

99 Uapropter tp̃s aut accidens aut affectio aut he
q rens ⁊ additũ: vtcũq; annexumq; motu non ipſe
motus. exiſtimãdum. Nam accidentia ⁊ affectio
nes q̃uis non ſint a ſubiectis abiūcta: tñ eadem
ſubiectis non ſunt. Altius itaq; ordiendũ eſt: vt ea res q̃
latiſſime pateat. Quicquid per locũ mouet: quẽadmodũ
ex aliquo mouet in aliqđ: ita in aliquo ſpacio ⁊ interual
lo mouet. Atq; hoc ego cauſe facio cur motus quoq; ipſe
continu⁹ habeat: quia videlicet cum magnitudine q̃ con
tinua eſt attẽditur: ⁊ ſpacio q̃ſi allinit applicaturq;: q̃q̃
ſtabili ⁊ ſedẽtarie rei fluxat ⁊ ſubitaria. Quẽadmodũ ita
q; motus ex magnitudĩe vt ſit cõtinu⁹ obtinet: ita tempus
ex motu. Quare ⁊ ad motũ ⁊ ad tp̃s cõtinuitas ptinet: me
rito eius magnitudinis: in quã receptus eſt motus. Dicit
vo in magnitudine aliqđ prius aliqđ eſſe poſterius ſitu.
Prius. n. hoc punctũ: poſterius illud in ſtadio eſt: q2 hoc
ad carceres: illud iacet ad calcem. Quũ itaq; magnitudi
nis prius ⁊ poſteri⁹ aliqđ ſit: idem eſſe in motu cõpertũ ẽ
Prius in motu eſt: qđ ad prius in magnitudine ſuo motu
reſpondet. Poſteri⁹: qđ ad poſterius. Ue℞ intereſt ꝙ in
magnitudĩe prius ⁊ poſterius pmanent: in motu ſemper
aboletur ⁊ corrumpitur prius. Quãuis non ſit in motu
quicq; prius: niſi ſit itidem in magnitudine. Nec tñ ppe
tua in totum ratio vtrinq; eſt. Non eñ conſeruat prius
in motu quẽadmodũ in magnitudĩe conſeruatur. Eodẽ
modo q̃uis motus ſit eo continuus: q2 ſpaciũ continuũ
eſt: non tñ eodem iure continuus et ſpaciũ habituri. Nã
ſpacium ita continuũ eſt vt compareat ⁊ pmaneat vniuer
ſum: motus vt igitur fluat ⁊ idẽtidem pereat. Ex ijs patz
in motu eſſe prius atq; poſterius. Sed ⁊ ratio quoq; pari
ter explicata eſt: Nunc ad examinandũ videt: vtrũ prius
⁊ poſteri⁹ q̃ in motu ſunt: motus ipſe ſint: an aliq̃ res a mo
tu diuerſe: ⁊ vtrũ ſubiecto idem ſit motus ⁊ prius ⁊ poſte
rius que in motu ſunt definitiõe ⁊ ratione non idẽ. Pro
fecto videtur diſſidere motus a definitione prioris ⁊ po
ſterioris in motu. Nam ⁊ prius ⁊ poſterius magnitudĩs
q̃q̃ ſubiecto magnitudines ſunt: definitio tñ magnitudi
nis natura ⁊ definitione illo℞ abiũgitur. Js. n. qui prius
⁊ poſterius definit: ſitum ⁊ locũ i definitione cõſtituit. Jn
definitionẽ magnitudinis neq; locus neq; ſitus ingredit.
Eũdem in modum definitio motus a definitione prioris
⁊ poſterioris in motu diſſentit. Nam finitu℞ motũ: dicet
mobilis rei actũ eſſe prioris ⁊ poſterioris redditurus ra
tionẽ: altera via conabitur. Quẽadmodũ itaq; tametſi pa
ter ex ſubiecto ſit ſocrates: patris tñ ⁊ ſocratis rões eua
riant. Jtẽ quinari⁹ tãetſi ex ſubiecto ſit lignum: diuerſa tñ
⁊ citra ſubãm ligni definitio aſſignãda gnario ẽ: q2 gnari
us in eo ꝙ quinari⁹ nũer⁹ ẽ nõ lignũ. Jta pri⁹ poſterius
q; in motu: q̃q̃ ex ſubiecto habent vt ſint motus: diuerſã
tamẽ et demutãtẽ a motu eſſẽtiã obtinẽt. Ea nũc qñ a mo
100 tu differre monſtrata eſt: capeſcẽda nobis hoc loco diſq
rẽdaq; eſt. Jtaq; aniaduertẽdũ diligenter eſt: quẽadmo
dũ tum prius tũ poſterius intelligam⁹ in motu. Ergo quẽ
admodũ q̃diu lineã cõcipimus: vnã continuã integraz
perpetẽ: nihil neq; prius neq; poſterius notat in linea.
Sed ſimul diſiecta in partes eſt: aut inter puncta defini
taq; notulis: ſtatim prius hoc: poſterius illud in linea ſa
cimus: ita in motu prius ⁊ poſterius nõ ante cõcipim⁹ q̃
definiat ⁊ quaſi dehiſcat aut diducat in ptes: atq; ita vnus
ille tanq̃ alius atq; alius poſſit afferri. At quõ diuidi põt
motus? Num punctis: at motus caret ſitu ⁊ poſitu. Sz di
cendũ puto motũ: ſi nõ eũ qui ꝓprie eſt: ſaltẽ ſui generis
aliquẽ quaſi ſitũ habere: vtputa: ſcribit nũc manus conti
nuata ſerie nec interpollat ſtilũ: dico illũ motũ quẽ abſol
uit priorẽ eſſe eo quẽ initura abſoluturaq; eſt. Quãobrẽ.
nempe quia illum iam confecit: hunc incipit. Stat itaq;
ſecari motũ hũc poſſe: ⁊ aſſignari aliqđ hmõi diſcrimẽ in
eo: q̃le eſt punctus in linea: ꝙ ptis ꝑoris depoſitio finiſq;
ſit: ſequentis ortus initiumq;: ſignũ id (verbi gratia) ſit h̃
quod dico. Nunc ſi igit diuidere denuo motũ illũ currẽ
tis manus ⁊ volumini implexe voluero: vtar ne eodem ſi
gno momentoq; quo ſum in priori diuiſione vſus: an pre
ſẽte quod modo effero: imo qđ nemo iam poſſit efferre?
Patetq; me non illo priore quod abijt: ſed alio ⁊ inſtante
hoc atq; iuncto vſurũ. Ex ijs duobus ſignis vtrũ dixeris
prius: vtrũ poſterius? an anteq̃ reſpõdeas teſtatũ ſcriptu
ra eſt: illud eſſe prius: cuius opera interuentuq; priorem
diuiſionẽ cõmiſimus: illud poſterius: cuius poſteriorez.
Sed quãobrẽ prius eſt hoc altero? Num iccirco quia h̃ i
tabula ſcriptũ eſt hic: illud illic: nequaq̃: alioquin ſi ſcri
ptum non fuiſſet: neq; hoc prius: neq; illud poſterius ha
beretur: quod ridiculũ eſt. Nam quur ita? Conſtat igitur
prius hoc vtiq; preterijſſe poſterius alterũ ſubſequutũ.
Cũ ergo diuidimus motũ ⁊ in plura momentis ſecamus:
aliud q̃ tempus ⁊ tempis partes afferimus? Preteritum
enim ⁊ futurũ ex quibus conſtat tẽpus: nihil aliud ſũt q̃
ſeries prioris ⁊ poſterioris in motu: que momentis diffi
niuntur: ⁊ tanq̃ aliud atq; aliud numerant. Quare idem
erit tẽpus ⁊ prius ⁊ poſterius in motu nõ ſimpliciter: ſed 101
quotiens diffiniunt ⁊ numerant. Diffiniunt vo non alie
modo q̃ cum duo momenta afferũtur ⁊ accidunt animo
vnũ vt prius ⁊ prioris motus extremũ: alte℞ vt poſteri⁹
et poſterioris motus extremũ. Jtem nõ aliter diffiniũtur
q̃ extrema a medijs diuerſa eſſe concipimus. Quũ enim
animus eius momenti memor: de quo pridie cogitauerit
poſtridie de altero cogitat: continuo intelligit id eſſe tem
pus qđ duobus momentis: perinde ac duabus margini
bus includitur: atq; ita demũ vniuerſitatẽ illam poteſt di
ſtribuere in partes ⁊ horas quindecim aut ſexdecim dice
re: tanq̃ ſi de linea finita pedem quis recidat: duob⁹ mo
dis inditis punctis. Sed ⁊ vnũ quoq; momentuz ſepe fa
cit vt intelligat tempus. Uerũ hoc non abſolute aut per
petuo: ſed quotiens momentũ illud pro initio ⁊ pro exitu
inſumit. Nam ex hoc q̃ prioris ⁊ poſterioris ſenſus qui
dam elicitur. Jd eñ prius eſt cuius momentũ eſt exitus:
illud poſterius cuius initiũ. Jta omnino cõſit: vt natura
omnis ⁊ eſſentia temporis a priore ⁊ poſteriore in motu
ducatur. Erit igit hec definitio tẽporis: diſcrimen prioris
⁊ poſterioris in motu: quotiens diſtinguuntur diſcrimi
nanturq;: hoc eſt quotiẽs in numerũ veniunt ⁊ percẽſen
tur ab animo. Numerus enim nõ vnius eſt neq; eius rei
que impromiſcua penitus indiſcretaq; ſit: ſed eius q̃ par
tes diuerſas ſuiq; generis habeat. Non ergo motus ipſe
ſed partes in motu penes prius ⁊ poſterius numerate ſũt
tempus. Quare vt que dicta ſunt omnino breui concluſi
one teneamur: cõmodiſſime definiemus hoc modo. Tem
pus eſt numerus de priore ⁊ poſteriore motu collectus.

Llud aũt argumento eſt: tempus eſſe numerum
i oportere: ꝙ quicquid rationẽ pluris ⁊ minoris 102
capit: numero indicat eſtimaturq;. Numerus g̃
quiddã eſt tempus. Sed ⁊ prius atq; poſterius
recte adiectũ eſt: quod hinc liquet. Numerant motus et
quidẽ plures ſimul. Nam ⁊ augeſcere ⁊ caleſcere ⁊ defer
ri quis eodẽ puncto põt: atq; ita tribus ſimul agi moueri
q; motibus huiuſcemodi motuũ. Ternariũ numerũ non
dicimus eſſe tẽpus: ſed eum numerũ quez ſeorſum in ſin
gulis motibus prius ⁊ poſterius faciunt. Neq; perturba
ri quem velim: ꝙ quum numeratas partes in motu tem



UVA. BHSC. IyR_086_3

pus eſſe dicamus:nõ tam eñ numeratas res modo:ſed nu
merum in definitione locauimus. Nam res numerate ſo
lent interim numerꝰ dici.Queadmodũ.n.duplex ſignifi,
cãtia mẽſure eſt.Nam ⁊ quod menſurat:vt olla: vt cadus
vt modius.⁊ qð menſuraẜ:vt triticũ in modio: vt vinũ in
cado:vtrũqꝫ nomine mẽſure cõmunicat. Dicimur enim
heſitaſſe modium:non ligneũ: ⁊ bibiſſe cadum nõ ipſam
vegetem eneam:ita ⁊ numerus non ſolũ eſt is qui ex vni
tatibus conſtat:ſed ⁊ res ipſe que numeranẜ. Ille diſcre,
tus eſt nõ continuus:⁊ ad naturã temporis explorandaꝫ
ſignificandamqꝫ pertinere nõ poteſt: immo impedimen,
to eſt potius:hic continuus eſt:eo modo quo tripedane,
um telum.Neqꝫ accedendũ Galeno eſt qui tempus cauil
latur definitũ eſſe per tempus. Is quum pleraqꝫ ſignifica
ta prioris poſteriorisqꝫ dinumeraſſet:dixit cetera nõ con,
gruere definitioni prius ⁊ poſterius temporis ſolum vide
ri congruere. Ita efficiebaẜ vt tempus numerus motus
eſſet ſm prius ⁊ poſteriꝰ tpis.Sed ſciẽdũ eſt prius ⁊ poſte
rius:que in motu ſunt non habere a tempore: vt prius et
poſterius ſint: ſed econtrario potius efficere: vt prius et
poſterius adſint in tempore.Q autem prius ⁊ poſterius
in motu eſt:dictum eſt a priori ⁊ poſteriori in magnitudi,
ne proficiſci:vnde ⁊ continuitas naſceretur.Atqꝫ hoc eui
denter Ariſtoteles indicat. Prius inquit ⁊ poſterius in
loco primum habentur:inibiqꝫ poſitu conſtant ⁊ ſitu.Sꝫ
cum ea in magnitudine afferantur:neceſſe eſt in motu q̃ꝫ
eaſdem rationes afferi.Sed concedatur Galeno prius ⁊
poſterius motu nihil aliud ſignificare: q̃ꝫ prius ⁊ poſteri
us temporis:quid tum poſtea? Neqꝫ enim nos fere aliud
dicimus.Nam quum tempus eſſe prius ⁊ poſterius i mo
tu dicamus:neceſſariũqꝫ ſit:vt idem afferant definitiões
et nomina que definiuntur: nihil certe aliud fuerit prius
in motu:atqꝫ poſterius q̃ꝫ prius ⁊ poſterius tẽporis.Quã
obrem hoc illum latuit qui definitionem oppugnat:⁊ me
hercle tutius fuerat illam admittere.Sed ⁊ vt aliud atqꝫ
aliud tempus ſit:hoc facit motus: qui alius ſemper atqꝫ
103 alius cernitur.Ceterum queri ſolet:quum plures motus
ſimul ac pluribus locis exerceantur exercetur Athenis:
exercetur Lacedemone:exercetur Corynthi: quidnã cau
ſe eſt:quur non ⁊ plura ſint tempora? Quoniam inquam
idem momentum idem vbiqꝫ nunc eſt:ab ipſo autẽ nunc
habet tempus:vt idem ⁊ diuerſum intelligatur:atqꝫ vnũ
tempus eſt tunc:quum vnum eſt nunc: plura quum plu,
ra differentiaqꝫ. Plura ⁊ differentia ſunt: quotiens vnũ
vt prius: alterum vt poſterius deſignatur. Sed adhuc
ſubijt quod ambigas:qui fieri poſſit:vt ipſa nunc momẽ
taqꝫ differant:quum ratio ⁊ natura vna ſit omnibus: q̃ꝫ,
uis prius hoc:poſterius illud intelligatur. Aut Socratẽ
alium putemus fuiſſe:quum in Lycio ſederet:aliũ quum
in foro ageret:quod ſophiſte pollicentur oſtẽdere. Sed
ſoluitur:quemadmodũ ſocrates q̃ꝫuis ſeſe huc illuc con
ferret:tamen ſubiecto vnus erat ratione diuerſus:quia nõ
idem ſit in Lycio ⁊ in foro eſſe:ita ⁊ in ipius momenti: q̃ꝫ,
uis ſubiecto natura vna: atqꝫ ſubſtantia habeaẜ: ratione
tamen definitioneqꝫ differret. Eſt.n.alia ratio eius nunc
quod apud Homerũ Hector dicit:quum equos alloquiẜ
inhortaturqꝫ. Nunc agite Alipides generoſum attollite
pectus. Promite preſentes animos diſcrimine herili.Cõ
ſtet veſtra manus.Alia huius qð hoc albo nũc ſcribiẜ.
104 e Et vt planiꝰ condiſcãtur hec paulo ſunt altiꝰ pe,
tenda. Magnitudinẽ comitatur motus.Motũ
comitatur tps:vt diximus.Quapropter equũ ẽ:
vt harũ quoqꝫ rerum cauſe efficientes ingenerã
teſqꝫ eadẽ inter ſe ꝓportione reſpondeant. Magnitudis
efficiens cauſa punctus eſt.Motus ea res q̃ mouet in mo
tuqꝫ eſt.Temporis ipſum nunc ſiue momentũ:erit igitur
momẽtũ vnũ.Quemadmodũ vnꝰ ẽ pũctus: vnus eſt la,
pis:ſiue huc ſiue illuc feratur. Sed rõne definitiõeqꝫ diſ,
crepat.Nam rem q̃ moueẜ deferẜqꝫ ita conſequiẜ momẽ,
tum:vt ipſam delationem tps.Sed ⁊ cognoſcitur quoqꝫ
ipſum momentũ non alia re q̃ꝫ ea q̃ mouetur ⁊ ferẜ. Nã
prius et poſterius q̃ repiuntur in motu:ſecus rem delatã
⁊ eius tranſitum numerantur. Alioquin illa quieſcente
nullũ diſcerniculũ prioris et poſterioris extaret. Sꝫ quo
niam mobile interim locũ priorem obtinet:interim po,
ſteriorem:ſit ita vt in motu tum tempus incernatur. Por
ro hoc tũ priꝰ tũ poſteriꝰ qð nũerari dicimꝰ:ipſũ omnino
nũc eſt:vnde ſit vt ſubiecto idẽ ſit priꝰ ⁊ poſteriꝰ nũc. Ra
tione vtiqꝫ ⁊ definitione diſſentiat. In eo.n. qð nũerum
ꝑbet quodqꝫ poteſt tanq̃ꝫ aliud atqꝫ aliud accipi: efficiẜ
ratione ⁊ definitiõe diuerſum. Pro eo vͦ ꝙ res que de,
fertur notior eſt delatione ſua: cum oĩe quod mouetur
mõſtratũ aliquid ſit ⁊ ſuba:ipſũ quoqꝫ momentũ notius
erit ⁊ manifeſtius tempore. Nã de tota imenſitate tpis ſo
lum momẽtum attingitur.Clarũ eſt aũt ſemet comitari ⁊
appellare viciſſim momentũ ⁊ tempus:ita vt ſine altero 105
neutrũ poſſit conſiſtere. Eſt.n. tempus fere de momẽtis
conſtitutus conflatuſqꝫ nũerus. Nã momentũ quodam
modo vnitas tempori eſt. Et ſicut vnitas repetitione al,
teratiõeqꝫ nũerum facit:ita momentũ reciprocatiõe ⁊ ite
ratione tempus:⁊ queadmodũ vnitas q̃ꝫq̃ꝫ inſectilis cõ,
ſtituit tñ numerũ ſectilem:ita momẽtum quod indiuiſile
eſt inuehit tempus qð diuiſile eſt.Ceterum differentia in
eo noſcitur: ꝙ momenta vnam continentiã pariunt:vni
tas diſcretionẽ molitur. Plane continuat momẽta tpus
vt dixi:ſed ⁊ diuidunt quoqꝫ eo mõ:quo motũ ſuũ mobi
le:⁊ delatile delationẽ. Eſt.n.ideo ingis ⁊ vna delatio:qꝛ
vnũ eſt quod defertur:vnum inq̃ꝫ non ſimpliciter. Nam
hoc quidẽ modo vna res fuerit qua mõſtratur:corpuſqꝫ
eſt:qua lignũ qua ferrum qua lapis:ſed qua defertur: id
eſt in eo quod in motu delationeqꝫ eſt:quo reſpectu vnũ
eſſe non poteſt ſi motũ diſtrahat interrũpatue. Tunc.n.
neqꝫ cõtinuus neqꝫ vnus fuerit motus:q̃ꝫuis ſit id:qð mo
uetur vnũ:ſed tunc ⁊ vnus ꝯtinuus eſt:cum quod deferẜ
in eoqꝫ defertur eſt vnũ:hoc eũ quũ nõ interlaxat nec in,
terquieſcit:alio quin interpollando prior motus definiẜ
⁊ poſteriori abſcinditur atqꝫ dirimitur. Deinde repetitur 106
ſeries ꝯtinuaturqꝫ vicibus. Atqꝫ ad hec oĩs res que refer
tur ita ſe habet:vt punctus ad lineam: Quãq̃ꝫ nonnihil
intereſt: quia pũctus aſſignari bis tum pro initio tum ꝑ
exitu põt. Eſt.n.permanens quidã punctꝰ: ⁊ ſitũ fere ſta,
bilem habet. At qð defertur in eo qð defertur bis afferri
non põt:qꝛ continue a ſtatu ſuo demutat:non ꝙ demutet
a ſe ſed ꝙ aliũ ſubinde ſemꝑ atqꝫ alium locum demutat
⁊ vertit. Nã ſi bis eodẽ in loco haberi poſſet:iam inibi in
ſiſteret:atqꝫ ita nõ ꝯtinue moueretur vt ſubiacebat. Eo,
dẽ mõ neqꝫ momentũ aſſignari bis põt. Dicat aliquis ſi
momentũ bis aſſignari nõ poteſt:quomõ ꝯtinebit ad nu
merũ? Certe vt puncta:non ea q̃ principiũ finiſqꝫ ſunt: ſꝫ
que vtrinqꝫ extremas linee clauſulas inſident diuerſa in
ter ſe diſtinctaqꝫ ſunt:ita vt tum hoc tum illud ſeorſũ mõ 107
ſtrari ⁊ accipi poſſit. Ad eundẽ modum ⁊ momẽta quibꝰ
includitur tps accipiuntur:vti diuerſa:hoc vt prius:illð
vt poſteriꝰ afferatur. Idẽ vͦo bis accipi nullo mõ põt:qꝛ
nullo mõ ẽt põt tps ſiſti: palã quoqꝫ ẽ tpis ꝑtem non eſſe
momẽtũ:ſicut neqꝫ res q̃ deferẜ:ꝑs ẽ delatiõis:neqꝫ linee
punctus. Nam lineã ꝑtiri ẽ in lineas:⁊ motũ in motus et
tempus in tẽpora. Sed queritur vtrius extremũ ſit ipſuꝫ
momẽtum:vtrũ motus an temporis. Dictũ eſt.n.aliquã,
do momentũ mouentis ⁊ inſtantibus diuidi. Soluitur ꝑ
ſe extremũ eſt temporis:ſed qꝛ tps nihil aliud eſt q̃ꝫ ꝑtes
motus ſm prius ⁊ poſterius nũerare. Quotiẽs momen,
tum ⁊ nũeratum accipitur:tunc motus quoqꝫ ipſius ex,
tremũ et terminus fuerit ita ꝑ accidens erit terminꝰ mo
tui:⁊ vbiqꝫ ſimul motibus oibꝰ aſſidebit. Cauſa ea quã
dixi:quia videlicet non eſt per ſe terminus motui:alioqñ
ei tm̃ motui preſeruiret addictuqꝫ eſſet:cuius eſſe termi,
nus diceretur:ſed per ſe terminus tempori eſt: quod nu,

UVA. BHSC. IyR_086_3

mero motus deſcribitur. Nũerus v̄o pluriumqꝫ reruz ſi-
mul eſſe idem poteſt. Exēpli grā. Denarius veterinoꝝ et
hoim. Quiſqꝫ tempus non ſit nũerus. Js quo numera-
mus: qui ob id nũerus numerans recte appellabitur. Sꝫ
is quem nũeramus: qui ꝛ nũeratus numerus dicitur: ha
bet ꝑprietates ꝛ veſtigia numeri numerātis. Ubiqꝫ em̄
tēpus vnū idemqꝫ habeť nũeratur percēſetur pluribus ſi
mul motibus corrigatur auctiōi delationi alterationi. Jā
ſatis oſtēſum videtur tp̄s eſſe: tum nũerum: tum nũerum
motus ſecus prioris poſteriorisqꝫ rationem.
Sed ꝛ continuū quoqꝫ ſit tp̄s oportet. Motus. n.
vniuerſus ꝛ ipſe continuus eſt. Sed ambigas
ſ cum nũeri ſectio extrahi non poſſit in infinitum
ſed finem offendat ꝛ quidē minus habeatur vt
duitas: q̄obrem non poſſit: ꝛ tempus aliqd̄ oſtendi mini
mū? An duplex ē nũerus: alter qui ex vnitatibꝰ ꝯſtat: atqꝫ
hic ē minimꝰ pōt: alter qui nō ex vnitatibꝰ abſolute: ſꝫ ex
rebus ꝯſtituiť: vt equis canibus lineis. Nā ꝛ quinqꝫ line
as ꝛ quinqꝫ triangula dicere nũeros ſolemus. Tales nu-
meri ſi de multitudine queris minimum habent. Nā due
linee ꝛ duo equi minimū ſunt: ſi magnitudinē ſpectas nō
habēt. Nam queqꝫ res talis in īfinitū ſecabilis eſt. Eodē
modo prefiniti alicuius certiqꝫ tp̄is. Uerbi grā. Duarum
horaꝝ: in eo qd̄ continuū eſt afferri breuiſſimū aut mini-
mū aliqd̄ nequeat: qꝛ in eo reſpectu non ē nũerabile. Jn
eo v̄o qd̄ definitur. ꝛ quodāmodo differať momētis prio
re poſterioreqꝫ hactenus ꝛ nũerari pōt: ꝛ minimū adipi
ſci. Due hore quo ad nũerū ꝑtinet minime ſunt: quo ad
109 magnitudinē ꝛ continuationē non ſunt. Nec caret ratiōe
ꝛ tēpus multū ꝛ paucū longū ꝛ breue dicatur. Habet em̄
conditionē vtriuſqꝫ q̄ntitatis tum continue tum diſcrete.
Nam q̄ iuge ꝛ ꝯtinuū eſt dicitur longū et breue: qua di-
ſtinguitur nũeraturqꝫ: in hoc nũerus diciť multus ꝛ pau-
cus. Non tñ volucre aut tardū ꝑprie dixeris tēpus: quan
doneqꝫ vllus quoqꝫ nũerus aut tardus aut velox habeť.
110 Ar eſt aūt vt ſimul vbiqꝫ idē tempus ſit: q̄ꝫuis qd̄
p prius ꝛ poſterius ē: diuerſa inter ſe ſint tp̄a. Nam
ꝛ motus preſens vnus eſt: tāetſi preteritus ꝛ fu-
turus diuerſi. Preterea tempus et nũerus nō is
quo nũeramus: ſed is qui nũeratur: hec aūt idem ē oim.
Ut denarius: ſiue is equoꝝ ſiue hoim fuerit. Nũerare v̄o
res. i. hoies decē ꝛ equi decem non ſunt amplius eadem
111 Ergo ſi tp̄s ſm̄ prius et poſterius nũerať: neceſſe eſt: vt
prius et poſterius diuerſa ſint tempora. Jtem quēadmo-
dū motus vnus et idē ſemel digeſtus poteſt iteꝝ atqꝫ iteꝝ
inſtitui: ita ꝛ tp̄s pōt vnū ꝛ idem iteꝝ atqꝫ iterum reuerti:
ver eſtus autumnus hyems. Subſtantia itaqꝫ tp̄is hec ē.
112 Nam in motu prius et poſterius nũerata ſunt tempus.
Uero tempus cum ita definiatur principaliter
p motū menſurat. Per accidens contra menſura
tur a motu: non ſolū em̄ dicimus motū multum:
eum qui multo tp̄e agitur exerceturqꝫ: ſed tem-
113 pus e diuerſo multum in quo multus ꝑficiť motus. Alio-
quin hoc ꝛ in ceteris menſuris quoqꝫ viſiť. Oēs. n. a mē
ſuratis viciſſim contraqꝫ menſurantur. Nam ꝛ modius
tritici modium ligneum: ꝛ cadus vini cadum eneum re-
metitur: ſi quadrent. i. ſi neqꝫ exuberent neqꝫ ſubſidant.
Atqꝫ hoc in menſuris continuis non admodū mirū eſt:
q̄ndo ꝛ ip̄e ille nũerus qui ex vnitatibus ꝯſtat quodāmō
a numeratis rebus vice inuerſa recurritur renumeratur
qꝫ. Quemadmodū. n. ex denario decem equos intelligo:
ita ex equis decem denariū numerū apprehendo: qꝛ vni
tates decē video equis decem reſpondere ꝛ accōmodari:
nec poſſet denarius vnq̄ꝫ intelligi: niſi aut ſingulis equis
ſingule vnitates ſortito tribuerētur: aut equus vnus deci
es promereť. Sane debita ratione vtrūqꝫ contingit vt et
menſuret ꝛ menſureť tēpus. Nam ſi vt dictū eſt magnitu
dinis motus: ꝛ motus tempus aſſecla comeſqꝫ eſt: quē ſa-
mulatū habet ad magnitudinē motus: eum habebit tem-
pus ad motum: ꝛ quemadmodū motus magnitudinē mē
ſurat: contraqꝫ a magnitudine menſurať. Nam ꝛ viā di-
cimus multā: quia profectio multa ſit: ꝛ profectionē e con
uerſo multam: quia multa ſit via: ita ꝛ tempus motū mou
tur: ꝛ motus remetitus tēpus. Proinde motum multum
dicimus: quia ꝛ tempus multū ſit: ꝛ tempus multū: quia
ſit multus ꝛ motus. Sed quonā pacto motū menſurat tē 114
pus? An quia partem aliquā definit: que vniuerſum mo-
tum menſurat: vt paſſus: qui replicatus totam ſtadij lon-
gitudinem conficit. Nam hora menſis annus eſſe aliud
poſſunt q̄ꝫ tantus: aut tantus curſus motuſqꝫ ſolis.
Uonīa v̄o propterea in tēpe motus eſt: qꝛ mē-
q ſuratur a tēpe. (Nihil enim aliud eſt motū eſ- 115
ſe q̄ꝫ oriri ꝛ fieri: cui iam affunditur ꝛ attenditur
tempus: atqꝫ id quod hunc fluxum menſurat:)
palam eſt ꝛ ceteras quoqꝫ res futuras in tempore ratione
illa ꝙ menſurať a tēpe. Nam eſſe in tēpore aliquid bifa
riam dicitur: vno modo ꝙ ſit tum cum tempus eſt: altero
vt ſunt ea que in numero eſſe dicuntur: atqꝫ hic poſterior
modus rurſum diducitur. Nam aut res in numero ſunt
tanq̄ꝫ partes affectioneſqꝫ numeri: vt duo par ꝛ ipar: aut
ita vt earū rerum habeatur aliquis numerus: quo gene-
re decem equi ꝛ decem boues eſſe in numero videntur.
Si igitur tempus eſt numerus: patet ea que in tempore
ſunt: in numero quoqꝫ eſſe oportere. Ac momentum qui
dem ꝛ prius ꝛ poſterius: ita ſunt in tempore: vt impar et
vnitas in eo numero qui ex vnitatibus conflatur. Nam
quemadmodū illa ſunt accidentia numeri: ita hec ſūt ac-
cidentia tēpis: at res ita ſunt in tēpe: non vt impar et
vnitas: ſed vt equi decem in numero. Quēadmodū itaqꝫ
ſemper eſt aliquis numerus: qui excedit ea que in hunc
modum in numero eſſe dicuntur: quia omni numero de-
terminato poteſt ſemp maior aliquis aſſignari: ita ꝛ tem-
pus ſemper amplius eſt: excedenſqꝫ ea que tēpe conti-
neń. Tempus em̄ numerus quidaꝫ eſt. Qꝛ ſi ita haberet
ea que ſunt in tempore: neceſſe eſt vt contineantur a tem-
pore: quemadmodū ea que ſunt in numero continētur a
numero: ꝛ ea que in loco ſunt continenť a loco. Atqꝫ hic
ſignificatus maxime proprius ꝛ primarius eſt: quo res eſ
ſe in tēpe diciť. Nam putare eſſe quicquam in tēpe: ic 116
circo quia tunc ſit quum tēpus eſt: aut eſſe in motu: quia
tunc ſit quū motus eſt. nihil eſt aliud q̄ꝫ putare celum eſſe
in milio: quia tunc celum eſt quum ꝛ miliū. Uerū vt eſſe
ſimul multa poſſint: eſſe in altero quippiam nihil eſt ali-
ud q̄ꝫ vnū ab altero cōtineri. Unde ꝯſequēs eſt. vt vtrūqꝫ
ſit ſimul: nō tamen ſimulatqꝫ res alique ſimul ſunt: conti-
nuo altera in altera cōtinebiť. Atqꝫ hoc primū accidit ijs 117
que eſſe dicunť in tēpe. Accidit etiā vt pati res oblediqꝫ
a tēpore videanť. Nam ꝛ putreſcere ꝛ exedi res tēpe et
inueteraſcere cōſeneſcere ꝛ obliuione deleri dicuuť. Nō
enim eadē ratio tēpis eſt: quum domū hanc exedifica-
tam in tēpe dicimus: illā tēpe ꝛ vetuſtate collapſam.
Sed hinc ab opifice exedificatur in tēpe. hinc vtrunqꝫ
et a tempore collapſam: ꝛ collapſam in tēpe dicimus.
Jtem docemur in tp̄e: ſed a magiſtro dediſcimus in tp̄e:
ſed ſola iniuria tēpis. Demū aliā cauſam q̄ꝫ tēpus obli
uionis: ꝛ ſpontaliū obleſionū afferre nō poſſumus. Pro
inde non male videnť videre: qui tempus autorē interitꝰ
ꝛ corruptiōis appellāt: quū numerus motꝰ ſit. Motꝰ aūt
diſcutiat ꝛ deturbet: quod prius extabat. Qꝛ ſi vera ſunt
hec: conſtat imortalia ꝛ perpetua quatenus talia ſunt: in
tempore eſſe non poſſe: nam neqꝫ incluſi ſunt tēpore: ne
qꝫ ad capiendā ꝛ ferendā iniuriam temporis parata: ne
qꝫ cum tempore cōmutātur: neqꝫ tēpori prorſus aſſiſtunt
Jgitur neqꝫ mēſurātur: neqꝫ circūſiſtūtur a tēpore: quia
nullum tempus ſubſtantiā eoꝝ pōt excedere. Sed con-
tra potius ipſa omne tēpus allatū tranſcendūt ꝛ ſupant.
Sed occurritur. Nā ſi motus perpetuus ē que infra pro
babitur: perpetua aūt in tempore eſſe non poſſunt: videť

efficí:ne ſit motus in tēpore:an quia diuerſus aſſidue motus eſt:neqꝫ nūero vnquā idem habet: ſed ⁊ eſt ⁊ oritur cum tempore:imo vo cum motu ipſū tēpus efficitur:vt alterū alterius ope inuicē indigereqꝫ videat. Quapropter tametſi tēpus motū: neqꝫ excedat:neqꝫ contineat:qꝛ tñ viciſſim addita ꝯnexaqꝫ ſūt: vtiqꝫ hoc noīe motꝰ eē in tpe dr.

118 e Et quia tēpus mēſura motus eſt: erit etiā quietis menſura. Et enim quies ꝑuatio motꝰ eſt:habitū vo ⁊ priuationē eodem iſtrumento cognoſcimꝰ: oculis lucem ⁊ tenebras auditu vocē ⁊ taciturnitatem. Quare erit ⁊ quies in tēpore:non tñ: quia in tēpore:continuo erit etiā in motu. Non.n.tempus eſt motus: ſed nūerus ⁊ accidens motus. Neqꝫ ſi quicqꝫ eſt in accidente:erit item in eo cuius eſt accidēs. Nam neqꝫ ſi quid in die fuerit:erit etiā in curſu ſolis. Igitur quies non erit in motu ipſo:ſed in numero ⁊ accidēte motus. Prohinc ſolemus dicere egrotantē tanto tēpore quieuiſſe: non tñ eodem mō quietē menſurat tēpus:quo menſurat motuꝫ: ſed motum per ſe:quietē per accidens: ex eo videlicet:ꝙ tunc quū aliqua res quieſcit: alibi agitur motus quē tempus per ſe menſurat. Nox enim per ſe menſura eſt eius curſus quo ſol ſub terrenas orbis plagas illuminat: per accidens dormitionum: et quietis ⁊ ſomni:quo tunc animalia perferūtur. Quieſcere vo non dicuntur ea que penitus immobilia ſunt:ſed ea que qꝫqꝫ moueri poſſunt nō ſunt tamen in motu. Hec igitur:que ita immota ſunt vt geſcant ideſt que ad accipiendum ⁊ ferendum motum apta parataqꝫ ſunt:exceduntur a tempore:⁊ propterea que ita quieſcunt merito dicūtur quieſcere in tempore: quia ſue quietis adeſt et ſupereſt tempus. Menſurat vo tempus res que mouentur in eo ꝙ mouentur:⁊ res que quieſcūt

119 in eo ꝙ quieſcunt. Nam motum earum rerum ⁊ quieteꝫ quantum vtrumqꝫ ſit metitur. Non ergo ſimpliciter res que mouentur menſerantur a tempore: ſed rerum quāti ſunt motus: Nam ſolū menſurare ſimpliciter tempus nō poteſt: quia eius eſſentiam non menſurat ſed motum: neqꝫ nos id fugiat motus quietiſqꝫ menſuram dici tempus poſſe:unmerum non poſſe niſi motus dici. Prius enim ⁊ poſterius quorum numerus tempus eſt in motu habētur: non in quiete vtpote cuius eſſentia non conſiſtat in prioris alicuius ad aliquod poſterius tranſitu.

120 m Manifeſtū eſt ex ijs que diximus ea que neqꝫ mouentur neqꝫ quieſcunt:non poſſe a tempore menſurari. Tempus enim tantum motus quietiſqꝫ menſura eſt. Sed et ea que non ſunt: in tempore eſſe non poſſunt:qualia ea que conſtare nullo modo queunt. Verbi gratia: vt diameter cum horis quadret conueniatue:ideſt vt commenſurabilis lateri ſit. Hec enim neqꝫ mouentur neqꝫ quieſcunt. At tempus menſura eſt motus et quietis. Motus per ſe:per accidens quietis. Quecumqꝫ itaqꝫ ortum et interitum agnoſcunt: demū omnia que interim ſunt interim non ſunt: neceſſe eſt in tempore habeantur. Afferri enim tempus aliquod poteſt quod eorum excedat eſſentiam:quodqꝫ amplius ſit euo illo: quo ſue cuiuſqꝫ eorum ſubſtantie mēſurantur. Ea quoqꝫ que non ſunt vtcumqꝫ a tempore continentur: eſſe videntur in tēpore: quoniā aut a preterito aut a futuro aut ab vtroqꝫ omnia continētur. A preterito Homerus: a futuro: deliquium ſolis ⁊ lune. Ab vtroqꝫ ea que partim fuerunt: partim futura ſunt: vt bellum perſicum. Sed que nulla ratione includuntur in tempore: ea neqꝫ fuiſſe vnqꝫ: neqꝫ modo eſſe:neqꝫ futura ſequentibus ſeculis videntur. Eorum vo que non ſunt:ſi contraria et oppoſita ſemper ſūt vt diametrū incommenſurabilem eſſe cum coſta: in tempore eſſe non poſſunt:quia perpetua ſempiternaqꝫ ſunt: ꝙ ſi hoc in tempore non ſit neqꝫ illō quoqꝫ fuerit diametrū cōmenſurabilē eſſe cum coſta: quia opponit perpetue ſempiterneqꝫ veritati. At quoꝝ oppoſita nō ſūt ſemper: ea poſſunt eē ⁊ non eē: ⁊ generatiōi ⁊ corruptiōi debent.

i Ipſo nunc bifariā vtimur ꝓprie ⁊ latius. De proprio agendū eſt prius. Sane illud tale eſt:quale definimus ſupra:quo videlicet ⁊ continuatur ⁊ 121
diuiditur tēpus. Nam preteritū futuro cōmittit et continuat. Vtrūqꝫ enim termino cōmuni tanqꝫ copula innectitur iungiturqꝫ. Sed ⁊ diuidit quoqꝫ atqꝫ diſcriminat quemadmodū lineā punctus. Ceterū differt a pūcto in eo ꝙ punctus manet ⁊ reſiſtat: hoc non manet: ſed aliud ſemper atqꝫ aliud oritur. Preterea punctus actu ſecat lineaꝫ: hoc poteſtate diuidit tēpus: quippe quod actu aſſignari accipiqꝫ non poſſit. nam aſſignare volentē preuenit ſemper atqꝫ prelabitur. Quo fit vt ſola ratiōe cogitationeqꝫ aſſignetur. Ac in eo quidē quod momentū diuidens eſt ⁊ finis preteriti ⁊ initium futuri: qꝫuis vnum ſubiecto ſit ratione: tamen in duo momenta diſtrahit. Nam ratio finis a ratione principij diuerſa alienaqꝫ eſt. Cōtra ſi ſpectetur in eo quod continuat: tunc ⁊ ſubiecto vno et ratione vna cenſebitur: quemadmodū ⁊ in lineis mathematecis punctus. Nam ſi punctuꝫ vt diuidentē attuleris quaſi dehiſcet in duo: aliuſqꝫ atqꝫ alius definitione monſtrabitur. Si vt continuantē: vnitas in eo ⁊ coalitus apparebit. Ita ⁊ hoc quod nunc vocamus: vt ſemper ſubiecto vnum eſt: ita definitione nō ſemper eſt vnum. nam ſi monſtretur vt dirimens altero tm̄ genere vnū: ideſt ſubiecto videbitur. Sin vt continuans: vtroqꝫ: id eſt ſubiecto et ratione. Alioquin momentuꝫ ſemper potentia eſt: ſiue

vt ſecans ſiue vt copulans afferatur. Nam ⁊ differt hoc 122
iam a puncto: ꝙ punctus qꝫqꝫ ipſeqꝫ ſecat ⁊ copulat: non tamen potentia ſemper eſt. Sed ambigit modo vt actu: modo vt poſtentia conſtet. Hactenus de eo quod proprie exacteqꝫ appellatnr tunc. Et eſt latior alius fuſiorqꝫ ſignificatus. nam tempus id quod iunctum vtrinqꝫ eſt ⁊ proxime adiacet: tum preteritum tum futurū ratione vicine ſolet hoc aduerbio demonſtrari. nam ⁊ neutrū quem nunc dicimus: qui perandie ſit venturum: ⁊ veniſſe nunc: qui pridie venerit. At diluuium ⁊ bellum troianum non dicimus nunc fuiſſe: qꝫuiſqꝫ abinde tempus fluorē ac ſeriem ſuam aduſqꝫ hodiernū attinuerit: quia tamen ab hoc eui remotiſſima illa ſunt: hoc noīe cenſeri non poſſunt.

c Cum olim aliquādoue dicimus: demonſtratiōeꝫ 123
prioris aut poſterioris alicuius momenti ad preſens ſignū referimus: vt ſi olim captum illuꝫ dicimus: aut olim diluuiū futurū: neceſſe eſt tum preteritū momentum: quo captū eſt illum: tum futurum qd ad diluuium pertinet: vtrūqꝫ ad notam pꝛſentem reuocare atqꝫ conferre: argumento eſt: quod quum alicuius rei geſte regēdeue certū tempus ſupputare aut afferre non

poſſumus: nec ſcire vtiqꝫ profitemur quando fuerit futu- 124
raue ſit. Dicat aliquis ſi ad quodqꝫ tempus accōmodari hoc aduerbiū aliquando poteſt: quia nullū eſt tempus: quod aut non habuerit aliquando aut habituruꝫ non ſit certum initium: huiuſmodi aūt aduerbiū prefinitū ſemper

et terminatū tempus oſtēdit: nonne maxime videt futuꝝ 125
vt omne tempus prefinitū determinatūqꝫ ſit? Nunquid ergo deficiet intercadetue aliquando tempus? quid eſſe non poteſt: quia neqꝫ motus quoqꝫ vnqꝫ ceſſauerit. Aut igitur aliud continue tempus exoritur: aut idem iterum atqꝫ iterū alternat ⁊ cōmeat. An idem eſt de tempore ſentiendū quod de ipſo motu ſtatuitur. nam ſi idem ⁊ vnus aliquando exercet motus: erit indem vnum idemqꝫ tempus. Sin in illo ſequius: in hoc quoqꝫ ſequius. Et hercules manifeſtū eſt ſemper aliud atqꝫ aliud tempus oriri: idqꝫ de momento ipſo cognoſcitur. quum eniꝫ ſimul id et initium ⁊ exitus ſit: liquido patet: alterius temporis exitum alterius eſſe initium oportere. Nam idem momentum pro exitu: ⁊ initio eiuſdem temporis eſſe nemo: niſi aut imperitiſſimus aut obſtupidus dixerit. Alioqn circa idem duo maxime pugnantia atqꝫ oppoſita verſarentur. Sed neqꝫ deficiet vnqꝫ cadetue tempus: quia ſemper in

UVA. BHSC. IyR_086_3

ptio eſt. In initio porro eſt: quia ſemper in momento eſt.
126 i Iam proximũ adiunctũqꝫ eſt ꝛ quaſi imminet p̄ſenti momẽto: ita vt in futurũ propendat eiuſqꝫ pars ſit. Quando nam pficiſceris: iam quoniã prope eſt pficiſcendi tempus. Sed ad preteritũ quoqꝫ interim reſpicit eiuſqꝫ pars efficitur: modo ne a p̄ſenti ſit longinquũ. Quã olim profectus es. iam quoniã pridie. Nam ilium captum iam eſſe non dicimus: iccirco quia id a noſtra etate queadmodũ longe ſit poſitum.

127 m Modo ꝛ nuper p̄teriti pars eſt: ꝛ propinquũ preſenti. Quando veniſti modo nuperue: quoniã videlicet tempus id proximũ iuncto inſtantiqꝫ habetur. Pridem quod longinquum eſt: ꝛ a noſtra etate memoriaqꝫ remotũ. De repente ea dicuntur facta: que inopinantibus nobis improuiſa ꝛ ſubitaria acciderunt. Sed ꝛ illis potiſſimũ videtur hec vox: que puncto breuiſſimo tenuiter atqꝫ inſenſiliter ab oculis vaneſcunt et diffluunt.

128 q Quoniã vero omnia ꝛ oriri ꝛ occidere videbantur in tempore: iccirco ſapientiſſimũ alij: ſtultiſſimum alij appellauere tempus. Simonides ſapientiſſimũ: quia beneficio etatis multarũ rerum notitiam indipiſcimur. Paro indocile ꝛ ſtultiſſimũ: quia iniuriam temporis tum obliuio tum delitia hominibus inuehuntur. Atqꝫ hic rectius meo quidẽ animo qꝫ ſimonides. Omnis eni mutatio naturalis deturbat ꝛ diſſipat. Quare tẽpus corruptionis potius qꝫ generationis per ſe cauſa fuerit: quia vt ſupra dictũ eſt: motus ſuapte natura impellit ꝛ diſijcit que prius habebant. Quoniã aũt priore natura pfligata impulſaqꝫ euenit: vt res ſe in aliã naturam conuertat: huius ortus cauſa per accidens videtur motus ꝛ eius numerus fuiſſe. Illud equidẽ conſtat tempus non ſatis eſſe gignendis rebus futurũ niſi actus adſit: quo autore et principe generentur: vt ars vt natura vt doctrina. poſtremo vt actio aliqua corrũpendis ꝛ obliterãdis futurum: etiã ſi nulla cauſa extrinſecus adiuuet: vt cernitur in ijs q̄ ſola vetuſtate aut ſitũ ducunt aut collabunt aut fatiſcunt. Quamobrẽ recte cõſueuimus dicere labem atqꝫ interitũ de tempore potiſſimũ accidere. Uerũtamen nec interitũ per ſe tempus creat: ſed creari accidit illum in tempore. Natura aũt ꝛ ſubiecta cuiuſqꝫ materia corruptionis ẽ cauſa. Nam queqꝫ res orta modo creſcit ꝛ viret: modo adulta eſt: modo ſtatu p̄cipiti cernitur: habetqꝫ proculdubio limites atqꝫ ambitus vite conſtitutos ꝛ certos. Ac de tempore quidem abunde: tum vt ſit: tum quid ſit explicatum nobis ſcio. Nec omiſſum eſt quot modis illa verba. Nũc olim aliquando iam nup modo pridẽ ꝛ repẽte dicant.

129 p His ita diffinitis: aptũ eſt omnẽ mutationẽ ꝛ omne quod mouetur fieri moueriqꝫ in tempore oportere. Uelocius. n. ꝛ tardius in omni mutatiõe cernuntur. Uelocius vero nihil eſt aliud qꝫ id quod prius tranſit in ſubiectũ ac peruenit. Uoco ſubiectum: id quo tendit. Motus locus formã ꝛ qualitatẽ. ꝛ vt clarius id ſit exemplũ in delatione ſumatur. Quum per equale ſpatium: due res aguntur ea moueri velocius dicitur: q̄ prior ſpatium conficit. Utiqꝫ ſi ꝛ eiuſdẽ generis ſpatium ambabus ſit ſubſitum: videlicet vtriqꝫ rectum aut vtriqꝫ orbiculare: ꝛ motu preterea vniformi ferantur. Ita duabus his rationibus obſeruatis ea res velocius intelligetur: que prior calcem tenebit: qꝫ ſi conditionum illarum deſuerit altera fieri poſſet: vt res tardior prius finẽ attigeret qꝫ velocior. Uerum hec alibi diligẽtius ꝛ p̄ſſitius tractãda ꝛ digerenda ſũt nobis. Quoniam itaqꝫ motus ois ꝛ ocior eẽ ꝛ tardior põt: hoc vero nihil aliud eſt qꝫ hr̄e prius ꝛ poſterius: neceſſe eſt eſſe motũ oẽm in tẽpore. Prius eñ ꝛ poſterius dicitur facta collatione ad diſtantiã ꝛ abſentiã a preſenti momẽto. Nã momentũ futuri et preteriti terminus confiniũqꝫ eſt: quare quũ momẽtũ in tẽpore ſit. In eodem eñ eſt momentũ ꝛ momenti diſtantia: manifeſtũ eſt veriſſimũ eſſe qd dicimus: ſi prius ꝛ poſterius omnis habet motus. Ea autem ſunt in tempore omnem motum eſſe in tempore oportet.

e Et qꝫobrem eſſe vbiqꝫ volumus tempus in terra mari celo: nempe tẽpus eſt affectio quedã ꝛ habitus motus. Portiões eñ nũerate in motu ſunt tempus. Terra vero mare celũ et id genus reliqua ideo mobilia ſunt: quia aut in totũ: aut in p̄te in loco ſunt. Et hercule motus ꝛ tẽpus iuncta ꝛ religata mutuo ſunt: Quare in qbus perſpicitur motus: in ijs quoqꝫ ſpectabitur et tẽpus: ꝛ vt queqꝫ ſe habent ad motũ: ita ſe habebũt ad tẽpus: pinde res potẽtia mobiles potentia: qꝫ intelligẽtur in tẽpore: cuiuſmõi ea ſunt: que q̄eſcunt. Quare vero iã mouent in actuqꝫ ſunt actu qꝫ habebunt in tempore.

e Et q̄a enũerare p̄tes in motu ſunt tẽpus: ſi non ſit vſqꝫ res que nũeret conſtat: neqꝫ nũeratũ qꝫ eẽ vſpiã futurũ. Qꝫ ſi nihil aliud nũerare poteſt qꝫ aĩa: aut anime ea portio: que dicit intellectus ꝛ rõ: niſi extauerit aĩa: vtiqꝫ: neqꝫ ipſũ tẽpus extauerit. Si igit duplex ẽ nũerus: numerabilis hic: ille nũeratus: hoc eſt: potentia hic: actu ille: quum neuter poſſit cõſiſtere: ſi nec p̄tãte nec actu habeat aliqd nũerans: pſpicuo liquet non extiturũ tẽpus: niſi extiterit animus. Quãqꝫ Boethus putat nihil vetare nũerũ eſſe ſine eo qd nũeret: queadmodũ ſenſile ſine eo qd ſentiat. Sed fallit. Ea. n. que referunt ad aliqd ſimul habentur: ꝛ q̄ p̄tãte ſunt: ad res eiuſdẽ habitus referunt. Quãobrẽ ſi nõ ſupet id quod poſſit nũerare: hoc ẽ vt ita loquamur ſi non ſupet nũeratiuũ: neqꝫ numerabile ſupabit. Quãuiſqꝫ illud: cui accidit eẽ nũerabile: poſſit eẽ ſine eo quod nũerat: nõ tñ ipm nũerabile hoc põt: neqꝫ qꝫ nũerabile ẽ: Igit motus põt eẽ ẽt ſi nulla res nũeret: prius ꝛ poſterius eſſe non poſſunt niſi nũerent atqꝫ mõſtrent. Si ergo tp̄s mõſtratio aſſignatioqꝫ prioris ꝛ poſterioris cõſtituit q effeceris? vt ſine actione animi tp̄s cõſtet. Immo neqꝫ motus: qꝫ ipſe cõſtabit aĩo dempto: cũ circularis motus fons ꝛ origo ſit oĩm motuũ. Hinc. n. corpora tum alterãt: tum minuũt ꝛ creſcunt. Illũ vero intelligentia certo deſiderio intẽtiõeqꝫ cieat. Sꝫ ꝛ aĩaliũ qꝫ motus ſunt opa aĩe. Motuũ aũt oĩm tẽpus eſt nũerus: qcũqꝫ eñ motus ꝛ vnus ꝛ cõtinuus fuerit: hẽbit p̄oris ꝛ poſterioris diſcrimina: nõ ſolũ delatio ſed auctio: ſed generatio ſed alteratio. 130

q Uerũ aũt quur non ꝛ ſimul plura ſint tp̄a: ſi plures ſimul ſpectant ꝛ exercent motus: cuiuſqꝫ aũt motus nũerũ dicimus eẽ tp̄s? An q̄a momentũ idẽ ꝛ nũero vnũ habet: quod oĩbus illis p̄ſeruit delatiõi auctiõi alterationi? ipſũqꝫ ẽ quod nũerat: quod mõ vt prius: mõ vt poſterius ſolet afferri. Qꝫ ſi illud eſt vnũ oĩbus: tẽpus qꝫ eẽ vnũ oĩbus oportebit. Si. n. tẽpus aliter atqꝫ eſt motibus inheſiſſet: ſecari vtiqꝫ cũ illis poſſit ac diuidi: queadmodũ poſſunt cũ corporibus color frigus albedo nigritia. Sed qꝛ duratio ꝛ cõmoratio ea: que numeratur in motibus tẽpus eſt: nihil p̄hibet vnũ idemqꝫ tempus preſto eſſe preminiſtrareqꝫ pluribus motibus. Atqꝫ hoc quoqꝫ in eo numero cernitur: qui ex vnitatibus oritur: in eo ſumma eadem eſt. etiam ſi ex differentibus et diſſidentibus rebus ducatur: canum hic cetus illic equorum habetur: ſeptem tamen ꝛ hi ꝛ illi dicuntur. Quare quemadmodum idem numerus diuerſis rebus adiũgit ita in plures motus ſimul vnius temporis opera ſufficit. Non tamen propterea velocitas eadem: neqꝫ idem locus omniũ motuum eſt quia tempus earum rerum numeratu non conſtat: velocitatis dico tarditatiſue: aut differẽtie omnino alterius: vt qꝫ corruptio hec: illa ſit auctio: hec alteratio: illa delatio. ſed prioris ꝛ poſterioris tantũ: vt dixi. Prius autem atqꝫ poſterius idem adeſt omnibus motibus: qui ſimul cientur. Hec ſunt que Ariſtoteles hoc loco dicit. Ea vero que ſuper hec patere difficultatem cuipiam poſſent in medium conſideratui hominum afferemus. 131



UVA. BHSC. IyR_086_3

Digreſſio.

I prius poſteriuſqꝫ in magnitudine ⁊ ſpacio pri
f mum habentur: mox in motu qui inibi exercet:
tum deinde in tempore: quo pacto in auctione:
minutione: alteratiõe prius et poſterius notaue
ro? quando nulle illarum magnitudinem vllam: aut ſpa
cium permaneãt: neqꝫ locum ex loco mutant: ſed in cor
pore ita ſpectantur: vt vniuerſum id ſenſim alteraſcat et
vniuerſum paulatim increſcat. Unde inquam tempus in
huiuſmodi motibus ſuũ prius ⁊ poſterius reponat? quẽ
admodum reponit in motu locali. Quod ſi in illis motibus:
neqꝫ prius neqꝫ poſterius inuenitur: quomodo eorũ mo
tuum numerus poterit eſſe tempus? Sed forte in auctiõe
ſuſpicari quis poſſet: dari aliquem locũ: vnde res diuer
tit: ⁊ locum item aliquem in quem intendit: quia mutatio
ea de minore fit in ampliorem locum. At in alteratiõe ge
neratione ⁊ corruptione: quod ſuffugium habeas: in iis
neceſſe eſt tẽpus ſibi ipſi prius ⁊ poſterius prebeat. Quo
fit vt tempus aut ſolum motum localem principaliter mẽ
ſuret: aut ſi ceteros quoqꝫ menſurat principaliter certe eo
priore ⁊ poſteriore: non egeat: quod ſpacio ſituqꝫ oritur.
Reterea ſi communis omnium motuum nume
p rus tempus eſt: qui fieri poteſt: vt a motu pende
at eſſentia tẽporis? Nam ſi neqꝫ ab hoc neqꝫ ab
illo motu tempus pendet: ſane neqꝫ a motu ſim
pliciter pendet: ſit enim abſurdum idem eſſe prius ⁊ po
ſterius in omnibus motibus dicere. Nam et hoc ipſum
in queſtione eſt: qui poſſit fieri vt omnis motus inuehat
momentum vnũ. Enimuero illud vnum aut genere aut
ſpecie aut numero vnum habebitur: ſi genere aut ſpecie:
ſaltem numero plura eſſe momenta vtiqꝫ oportebit: ſi nu
mero: ſcire velim qui conſtet vt rerum numero diſſiden
tium vnum numero accidens ⁊ affectio ſit. Dixi affectio
nem: quia Ariſtoteles quoqꝫ tempus vocat affectionem ⁊
accidens motus: omnino impoſſibile eſt. vt res vna atqꝫ
eadem numero inſit in pluribus. Alioquin vnũ quod eſ
ſet dehiſceret in plura: demumqꝫ vnum eſſe deſineret: Ita
videtur motibus pluribus plura momẽta defendi: ⁊ ſin
gulis qui ſimul agantur: deberi ſingulaqꝫ ſimul oriatur
⁊ fluant. Res mehercle que captum quoqꝫ hominis refu
git. Contra ſi non ſit idem momentum procul dubio tẽ
pus nihil fuerit motus.
Eqꝫ illud quoqꝫ ſatiſfacit quod inquiunt. Quẽ
n admodum ſumma ⁊ ſupputatio ipſa que nume
ro aliquo cõprehenſa eſt: eadem ad decẽ equos
⁊ ad decem pecudes pertinet: ita omnes motus
vnius temporis decurſu ſufficiuntur atqꝫ ſupplentur: id
autem eſt idem prius ⁊ poſterius numerari ſpectariqꝫ in
omnibus motibus: quod ſtatim falſum eſt. Non enim idẽ
prius ⁊ poſterius ex omni motu colligitur: niſi id ratione
tm̃ fictiõeqꝫ noſtra: vtpote quibus collibeat res diuerſas
eodem numero dicere. Facit hoc cogitatio ⁊ inſtitutio no
ſtra vt dixi: que res diſcrimine maximo diſcrepantes cõ
muni vſu: quali ſimiles contemplantur: etiã ſi nulla eui
dentia aut veritas ſubſit. Iam illud quomodo recte? Tẽ
pus ad cogitationem tantum valere nullam ſoliditatem
habere aut ſubſtantiam. Atqꝫ huic ſententie liquido adeſ
ſe videtur ariſtoteles: quando is animo adempto temp9
quoqꝫ ademptum iri concedit. Nam vocare menſuram
tempus aut numerum putare: hoc ipſi comminiſcimur:
⁊ noſtra illa interpretatio eſt: vt enim Boethus ait: nulla
menſura conſtituitur a natura: ſed menſurare ⁊ numera
re nr̃a ẽ functio nr̃m eſt op9. Hec arbitror nõ ſtrictim cur
ſimue: ſed pẽſiculate ⁊ diligẽter eſſe tractãda premẽdaqꝫ
⁊ vt nõ temere deſciſcẽdũ: ita nõ facile ac leuit accedẽdũ.
Ed quoniã menſurabilia omnia cognato ⁊ con
f genere aliquo menſurant: linee lineis: vnitati
bus vnitates: quum tempus mẽſurabile ſit: po
terit etiã tpe menſurari. Illud qualenam ſit in ꝑ
ſentia veſtigandũ a nobis. Ceterũ palam eſt quodcunqꝫ
tempus menſura tempis conſtituit: idẽ motus quoqꝫ ali
cuius menſurã futurã. Nam tempus om̃e menſura mo
tus eſt. Si igit motum aliquẽ principẽ dederis qui mẽſu
ra ſit motuũ aliorum: pfecto tempus qui motui illi preſer
uiet: menſura tempis eius habebit: in quo motus alii ex
ercebuntur. Sed quiſnam princeps ille motus eſt? Alte
ratio ſane auctio generatio eſſe nõ poſſunt: quia nec pla
ne vniformes ſunt: erit ergo delatio: non omnis vtiqꝫ: ſed
ea que orbicularis eſt: ⁊ que celo vniuerſo debetur: cui9
ratio ⁊ numerus nunqꝫ in incerto eſt: adeo vt nihil perin
de conſtet. Quapropter is ceteros motus regere ⁊ meti
ri dicet: ⁊ eorum menſura iure vocabitur. Menſura por
ro fit ſi ſub aliquã tempis rationem ſupputationẽqꝫ veni
at: ex qua motus fuiſſe tantus aut tantus poſſit intelligi.
Annus enim menſis ⁊ dies ⁊ nomina tempis ſunt: ⁊ mo
tus certos prefiniunt. Nam hora ⁊ tempus eſt: ⁊ prefini
tam ſibi mundane cõuerſionis portiunculã vendicat: ita
fit vt illa motuum omniũ ratio menſuraqꝫ ſit. Temp9 vo
quod motum illũ primariũ demetitur: ceteros quoqꝫ mo
tus ſubinde menſurat: neqꝫ ad motus adeo: ſed etiam ad
tempora eandem rationem habebit: nam tempus longi9
a breui menſurabit. Proinde menſura diei hora eſt: mẽ
ſura menſis dies: menſura anni menſis. E diuerſo quoqꝫ
tẽpus menſuratur a motu: nam tantus aut tantus celi mo
tus: tantũ ſibi aut tantũ tempus determinat. Atqꝫ hoc ap
tiſſime liquet. Tempis menſure ſunt anni mẽſes dies ho
re. hec aũt nihil aliud ſũt qꝫ ſolis cõmeatus ⁊ curſus. Nõ
ergo caret ratiõe penit9 eorum ſentẽtia: qui motũ orbicula
rẽ celi tps eſſe dixerũt: quippe cũ ab eo: ⁊ ab ei9 tpe mot9
alii menſurent. Quãto tpe captũ eſt ilium: annis decem:
hoc eſt decẽ recurſibus ⁊ reciprocatiõibus ſolis ſignife
ro circulo. Propterea quod dici ſolet nõ ẽ peſſime vſur
patum: nexa eſſe in orbem omnia: atqꝫ humanas res quẽ
dã eſſe veluti circulũ: ei9 rei cã ea eſt: qꝛ tpe oia mẽſurant
indidẽqꝫ ꝓncipiũ ⁊ finẽ accipiũt: pinde qꝫſi circuitu qdaꝫ
obambulatiõeqꝫ tpis. Tps aũt eſſe videt circul9 ea rõe qꝛ
et menſurat circularẽ motũ: ⁊ ab eodẽ retroqꝫ menſurat.
Ceterum nihil aliud mẽſurata res eſt qꝫ mẽſure plures: quẽ
admodũ nihil aliud ſtadiũ ẽ qꝫ cubiti m̃lti atqꝫ vlne.

## Themiſtii phyſices: liber quintus: Interprete Hermolao Barbaro.

Uoniã vo alia per ſe: ex accidẽti alia: 1
alia per partem mutantur: neceſſe eſt
prius qꝫ ad ea que per ſe mouent no
ſtra conſyderatio intendat: attingam9
q leuiter ea ⁊ tanqꝫ expediamus: que p
accidens ⁊ per partẽ moueri dicũtur.
Per accidens igit mutatio eſt: quum
muſicus ambulat. Sed quãobrẽ p ac
cidens? quia non ambulat in eo qꝛ mu
ſicus: ſed tanqꝫ is: cui muſico eſſe quadã forte acciderit:
rurſum vt qui locum ex loco mutet. Sed ⁊ id quoqꝫ per
accidens habetur: ea. n. quis per ſe locum de loco mutat:
qua in loco aliquo eſt. Per partẽ mutant: hoc more quo
tiens ſimpliciter recuratũ quẽ dicimus: quia in eo oculus
conualuit aut pectus. Per ſe ea mouent: que neqꝫ ex acci
denti neqꝫ per partẽ mouent: vt quum equus currit: quũ
deuritur veſtis: quum lignũ vniuerſum flammatur: quũ 2
oculus ſaneſcit. Non. n. omnibus omnia motibus moue
¶ Contra Empedoclem dicentē: ſimilia cognoſci ſilib⁹: ⁊ tamen ſimilia ſimilibus pati non poſſe. Cap. 29.
¶ Ueteres neqȝ de vniuerſa anima: neqȝ de humana perfecte loquutos. Cap. 30.

UVA. BHSC. IyR_086_3

¶Supꝑfluo videri aliqbus aīam ex vtroqʒ cōtrario cōcre/tam eſſe: ſufficiat eni alterum quia eadeʒ ratio pollet i cō/traria. Cap.31.
¶Aīaʒ non eſſe per oīa coꝛpoꝛa inuectā ꝛ fuſaʒ. Cap.32.
¶Veteres de aīa nihil bene dixiſſe. Cap.33.
¶Cōtra Platonē q ꝑtes aīe diſcludebat locis. Cap.34.
¶Plantas ꝛ ſtirpes ſine dubio aīatas eē. Cap.35.
¶Plantas ꝛ ſtirpes ſine dubio aīatas eē. Cap.35.

¶Tabula Secundi libꝛi.

¶Diuiſio entiū: ꝛ q ſit ꝑfectihabia ꝛ quotuplex .Cap.1.
¶Animā eſſe foꝛmam ꝛ ꝑfectioneʒ coꝛpoꝛis naturalis vi/tam habentis. Cap.2.
¶Aīaʒ nō eē coꝛpis: ſed foꝛmā coꝛpis ꝑfectionēqʒ. Cap.3.
¶Animam eſſe actum pꝛimum ꝛ ſecundum: ſed pꝛimum magis. Cap.4.
¶Aīam eē ꝑfectionē oꝛganici coꝛpoꝛis. Cap.5.
¶Declaratio per exempla definitiōis allate de aīa: ꝛ ꝙ oꝛganicum idem ē ꝙ vitā habens potētia. Cap.6.
¶Anime partes alias abiunctas eē a coꝛpoꝛe: alias non abiunctas. Cap.7.
¶A notioꝛibus eſſe incipiēdum: ꝛ definitionem afferēdaʒ que cauſam quāobꝛem contineat: ꝛ omnia per animam viuere. Cap.8.
¶An definitio anime cōmunis ad intellectum: ꝛ vim mo/tricē pertineat. Cap.9.
¶Per animā ꝛ coꝛpus viuere aīalia: ſed ꝑ animaʒ pꝛimū nec ꝑ quidlibet coꝛpus: ſed per certū ꝛ diſpoſitū. Cap.10.
¶Oībᵒ animalibus tactum ineſſe ꝛ appetitioneʒ aliquā. Iteʒ ex qbus rebus omnia nutriant̃. Cap.11.
¶Oꝛdo potētiaꝝ anime ꝛ differētia definitionū: q̄ per no/tiones cognominis: ꝛ q̄ per eſſētiā cōſtituunt̃. Itē ſingu/las definitiones accōmodandas eſſe ad ſingulas anime ſpecies. Cap.12.
¶In definitiōibus particularibus a rebus ſubiectis inci/piendum. Cap.13.
¶Initium ꝑceptionis declaratiōiſqʒ partiū aīe. Item oīa deſiderio imoꝛtalitatꝭ teneri. Itē duplicē hꝛi finē. Ca.14.
¶Animā eſſe aīati cāʒ triplici genere. Itē ꝯtra Empedo/clē ꝛ alios q cām augmenti: aut elemēta: aut ex elementis ignem conſtituebant. Cap.15.
¶De vi anime altricis: ꝛ de natura elementi. Cap.16.
¶Que differentia ſit inter altricē auctricem ꝛ pꝛocreatri/cem virtutem. Cap.17.
¶De inſtrumentis concoquendi cibi. Cap.18.
¶De vi ſentiendū generatim: ꝛ ſenſuʒ eſſe paſſionē quā/daʒ. Itē ſil̃e pati tum a ſimili: tum a diſſimili. Itē actionē ꝛ paſſionē gn̄a eſſe cōparatione motus. Cap.19.
¶Adhuc gn̄alia q̄dā in ſenſu. Iteʒ de ſenſu actu ꝛ potētia. Itē differētia inter ſcientiam atqʒ ſenſum. Cap.20.
¶Aliqua eſſe ſenſilia cōmunia: aliqua ꝑpꝛia: aliqua per ſe aliqua ex accidenti. Cap.21.
¶De viſu: ꝛ de incidentibus ſubiectiſqʒ viſui: ꝛ de perſpi/cuitate. Cap.22.
¶De lumine ꝛ natura luminis. Item lumen eſſe ad quē/dam modum viſile. Cap.23.
¶Quot modis accipiat̃ viſile: ꝛ quēadmodū aſtra ꝛ reliq̄ genere h tuʒ noctu tum interdiu videant̃. Cap.24.
¶Vt viſus cōſtet opᵒ eē inƭmedio ꝑſpicuo coꝛꝑe. Cap.25.
¶De auditu ꝛ ſubiecto ꝛ ſono ꝛ de ſonātibᵒ. Cap.26.
¶De Echo Cap.27.
¶De intermedio inauditu. Cap.28.
¶Vnde oꝛiat̃ ſonus ꝛ quēadmodū exaudiat̃. Cap.29.
¶De differentijs ꝛ diſcriminibᵒ ſoni. Item exanguia ꝛ pi/ſces vocem non mittere. Cap.30.
¶De voce. Cap.31.
¶De olfactu: quē hō hebetiſſimū habeat: eoqʒ odoꝝ noīa ꝑpꝛia nō hꝛi: ſed a ſapoꝛibᵒ transferri. Cap.32
¶Cognitionē ſubiecti ꝛ ſubiecto oppoſiti ꝑtinē ad eūdē ſen/ſuʒ. Itē q̄t ſignificatᵒ ſint inodoꝛi ꝛ iuiſil̃ ꝛ taliū. Cap.33.
¶De intermedio ſenſus olfactᵒ: ꝛ quēadmoduʒ animalia odoꝛentur pꝛeſertim inſecta. Cap.34.
¶De guſtu q exterioꝛe intermedio careat. Itē ſapoꝛē i hu/mido hꝛi. Itē q̄t modis inguſtabile dicat̃. Cap.35.
¶Quot ſint guſtabilia: ꝛ qḋ inſtrumentū guſtus: ꝛ quale item differentie ſapoꝛum ꝛ genera. Cap.36.
¶De tactu queſtio an ſit vnus: ſolutio non eſſe vnum. Itē carnem non eſſe ſenſoꝛium tactus: ſed intermediū ꝛ ope/rimentum ſenſoꝛij. Cap.37.
¶Vtrum duo coꝛpoꝛa ſolida de concurſo ſeinuicem tan/gant: ꝛ in quo differat aut non differat guſtus ꝛ tactus a reliquis ſenſibus. Cap.38.
¶Epilogus eoꝝ q̄ de tactu dicta ſunt: hoc eſt tactuʒ inter/medio vti. Item tactū multos ſenſus eſſe. Cap.39.
¶Contra Alexandrum qui putauerit carnem eſſe ſenſo/rium tactus. Cap.40.
¶Senſum tactᵒ maxime coꝛpulētū videri. Itē tactū medi/ocritatē eē ꝛ q̄ddā alio mō q̄ʒ ſenſus ceteri. Cap.41.
¶Cōia ſenſuuʒ h̄ eſt ſenſuʒ recipere res ſenſiles citra materi/am. Item ſenſum non pꝛopꝛie pati. Item ex ſuperantias ſenſiliū omnibus officere ſenſibus. Cap.42.
¶Plantas exꝑtes ſenſus eſſe: ꝛ ratio quāobꝛē ſint exꝑtes licet ſint compotes anime. Cap.43.
¶Non ſentire oīa: que recipiāt ſenſile. Iteʒ repetitur car/nem non eſſe ſuum ſenſoꝛiū tactu. Cap.44.

Tabula Tertij libꝛi.

¶Omnes quinqʒ ſenſus animalibus perfectis tribui nec plures haberi. Cap.1.
¶Nullū ſenſuʒ ꝑpꝛiū eē: q̄ ſenſilia cōia cognoſcant̃. Iteʒ illa ꝑ ſe ꝛ nō ꝑ accidēs ſentiri. Itē quēadmodū ſenſus cir/ca ꝑpꝛia ſenſilia ꝛ cōia: ꝛ q̄ ꝑ accidēs ſūt fallat̃. Cap.2.
¶Nō poſſe vnū tm̄ ſenſuʒ eē ſenſiliū oīum. Cap.3.
¶Queſtio an eodē ſenſu: quo ſentimus percipiamus non ſentire. Cap.4.
¶Idē eē ſubiecto ſēſū i actu ꝛ genᵒ ſēſile. Itē vtriuſqʒ actū in ſēſu hꝛi. Itē ſenſilia eē etiā cū nō ſentiunt̃ actu. Cap.5.
¶Senſus oēs eſſe rōnes quaſdā ꝑpoꝛtioneſqʒ. Cap.6.
¶De ſenſu cōi quēadmodū vnᵒ ſit: tuʒ in ſe: tuʒ ꝑ reſpectū ad tp̄s: in q̄ multa cognoſcit atqʒ diſcriminat. Cap.7.
¶Quēadmodū ſenſus cōis ꝯ̄ꝛia cognoſcat: ꝛ quēadmodū ſit ſil̃is cētro. Itē ſenſuʒ cōeʒ merito ꝑ̄ncipē ſenſuū voca/ri: vt cui ſenſus ceteri ancillentur. Cap.8.
¶De mente intellectuqʒ quē veteres exiſtimauerūt idem eſſe cū ſenſu. Itē in q̄ differat ītellectᵒ a ſenſu. Cap.9.
¶Intellectū nō eē ſenſū: neqʒ itē imaginationē. Cap.10.
¶Imaginationē eſſe virtutē diuerſam a ſenſu. Cap.11.
¶Imaginationē a ſcia: itellectu: opiniōe differre. Cap.12.
¶Cōtra Platonem q imaginationē dixit eſſe cōplexionē opinionis ꝛ ſenſus. Cap.13.
¶Imaginationē hꝛe ſil̃itudinē cū intellectu. Iteʒ q̄ ſit de/finitio eiᵒ ꝛ quot modis diſtinguat̃ a ſenſu. Cap.14.
¶Imaginationes quot modis ꝛ cur ſint falſe. Item cur di/cat̃ phātaſia. Itē abſolutio definitionis eiᵒ. Itē cur aīalia maioꝛe ex parte viſis ꝛ imaginatione ducant̃. Cap.15.
¶De intellectu potentie q vt ſenſus a ſenſilibᵒ, ita ipſe ab intelligibilibus patitur: nec vllam pꝛopꝛiam foꝛmam ob/tinet. Cap.16.
¶Intellectum neqʒ coꝛpus eſſe: neqʒ coꝛpoꝛe pꝛo inſtru/mento vti. Item intellectum eſſe locum ꝛ conceptaculū foꝛmarum. Cap.17.
¶Quemadmodum intellectus poſſit: ꝛ quando incipiat perfici: ꝛ ſeipſum agnoſcere. Cap.18.
¶In rebus materialibus aliud eſſe res ipſas: aliud reruʒ eſſentiam: ꝛ quēadmodum intellectus vtrūqʒ intelligat per ſimilitudinē ad lineā rectā ꝛ flexam. Cap.19.

UVA. BHSC. IyR_086_3

¶ In mathematicis aliud eſſe rem: aliud eſſentiam rei ⁊ quemadmodum ab intellectu noſcantur. Cap.20.

¶ Anaxagoram impfecte de intellectu dixiſſe. Itē pariter patiaſ. Item intellectū ceu nudā tabulā eſſe. Cap.21.

¶ Cur idē intellectꝰ ⁊ intellectꝰ ⁊ itelligibilis ſit: ⁊ cur aſſiduitas ꝯtēplādi laborē ⁊ egritudinē afferat. Cap.22.

¶ De intellectu agente qui neceſſarius ſit ad pficiendū intellectum potentie. Cap.23.

¶ Intellectū agētē facere vt res materiales itelligibiles itelligant actu. Itē q̃ mō ⁊ quādo itellectꝰ poteſtatis agat ope intellectus agentis. Cap.24.

¶ Intellectū agētē haberi coniūctū cū itellectu potentie: ⁊ quare ⁊ quotiēs collibitū ē ſpeculari poſſimꝰ. Item intellectū agētē eſſe adſimilē deo ⁊ nobiliorem intellectu potentie. Cap.25.

¶ Noie priorem eſſe intellectū ptātis q̄ agentē. Itē agentem ſemper itelligere ⁊ ſine diſcurſu. Itē eternum ⁊ immortalē eſſe. Item eius ſubſtantiam merum actū intelligendi eſſe. Cap.26.

¶ Nominis eſſentiā eſſe intellectū agētē. Item agentē indiuiſilit itelligere: itellectū potētie diuiſiliter. Cap.27.

¶ Ariſtotelem ſenſiſſe hoiē eē intellectū agentē. Itē q̄d ſit intellectus patibilis: q ⁊ corrūpit ⁊ aboleſ in nobis: ⁊ cur prio mortē recordemur Cap.28.

¶ De eodē ex q̄bus verbis aiaduerti poſſit quid Ariſtoteles de itellectu agēte ſenſerit. Cap.29.

¶ De eodē verba Theophraſti de coniūctione vtriuſq̄ intellectus: ⁊ cur nō ſemper intelligit: cur obliuiſcitur: cur fallitur. Cap.30.

¶ Cōtra eos q dicūt intellectū agentē eſſe deū: aut ꝓportiones ꝑmas. Item intellectū agentem eſſe ſpeciem anime ceu partem. Cap.31.

¶ Queſtio an intellectus agens vnus in oibus hoibꝰ ſit: ⁊ cur ſolus homo: ⁊ itelligat ⁊ itelligaſ ab alijs. Cap.32.

¶ Melius queri vtrum omnes homines ⁊ omnes intellectus ſint vnus: q̄ vtrū omnes anime ſint vna: ⁊ ꝙ intellectus docentis ⁊ addiſcentis eſt vnus. Cap.33.

¶ Utrum intellectus potentie immortalis ⁊ impartibilis ſit. Cap.34.

¶ Intellectū patibilē dr̄e ab intellectu potētie. Cap.35.

¶ Quid differat intellectus agens ab intellectu potentie: vter prior vter preſtantior. Cap.36.

¶ Platonem quoq̄ poſuiſſe in homine intellectum aliū mortalem aliū immortalem. Cap.37.

¶ De eodem intellectu mortali. Item quo modo affectus humani cum ratione iungantur. Cap.38.

¶ Quid Theophraſtꝰ de tribꝰ itellectibꝰ ſenſerit. Cap.39.

¶ Primā actionē itellectꝰ eē ſimplices terminos verſari: deide circa cōpoſitionē in q̃ iā ſit v̄itas falſitas. Cap.40.

¶ Non modo in rebus: ſed in temporibus quoq̄ veritatē aut falſitatem adeſſe. Item tempus non a ſenſu: ſed ab intellectu cognoſci. Cap.41.

¶ Quotuplex ſit indiuiſile. Item intellectionē ⁊ tempus pari iure indiuiſilia ⁊ diuiſilia eſſe. Item intellectum per ſe in vno tempore intelligere: ſed ex accidēti in tēpore: et quid ſit eſſe ex accidēti diuiſile. Cap.42.

¶ Omne continuū indiuiſiliter intelligi: ſed ⁊ quātitatem diſcretam quadātenus. Cap.43.

¶ Quemadmodū intelligantur puncta ⁊ momenta ⁊ priuationes. Cap.44.

¶ Potentiam ⁊ imperfectionē eſſe rōnē qua intelligaſ priuationes ⁊ malū. Itē neq̄ deū: neq̄ intellectū agentē intelligē ꝑuatiōes: ſ; ſeipſos: ideoq̄ v̄itates eē. Cap.45.

¶ Quō ⁊ queādmodū intellectꝰ itelligēdo fallaſ. Cap.46.

¶ Quꝫ in ſenſu voluptas ⁊ dolor eſt h̄ intellectu eſſe bonū ⁊ malū. Item quo modo ⁊ quando tam ſenſus q̄ intellectus perſequaſ aliq̄d aut fugiat. Cap.47.

¶ Quid differat ſenſus a ſecūda concupiſcentia ⁊ intellectus a volūtate. Item eandem eſſe potentiam que perſecutionem dictet ⁊ fugam. Cap.48.

¶ Intellectū mouere: tam preſente q̄ abſente ſenſu. Item intellectū actiuū non ſpeculatū mouere. Cap.49.

¶ Mathematica itelligi cura mā; abſq̄ mēdacio. Cap.50.

¶ Utrū ⁊ queādmodū ſubſtantie ſeparate intelligaſ ab intellectu potentie. Cap.51.

¶ Repetitio eoꝝ que hactenꝰ dicta de aio ſunt: queādmodū ſit omnes res ⁊ queādmodū anima dicatur eſſe forma formarum. Cap.52.

¶ Nihil ſciri aut intelligi poſſe niſi via ſenſuū. Item queadmodū viſa ⁊ phantaſmata intelligēdo fingantur: formenturq̄. Cap.53.

¶ Aliud eſſe ipſa viſarū phantaſmata ad propoſitiones: q̃ de phantaſmatis componuntur. Cap.54.

¶ Differentiam eſſe inter phantaſma rerum ⁊ notionem ſiue conceptum. Cap.55.

¶ De anima motrice ſecus locū. Item queſtio vtrum plures partes habeantur anime q̄ tres ille: quas Plato exiſtimauit. Cap.56.

¶ Uim altricem eē cām aialibꝰ inceſſus ⁊ motꝰ. Cap.57.

¶ Uim ſenſualem nō eē cām motꝰ aialiū localꝭ. Cap.58.

¶ Intellectū mētēve nō eē cām motꝰ aialiū localꝭ. Cap.59.

¶ Animā in q̃ iraſcētia: ⁊ cupiditas contineſ: non eſſe cauſam motus localis. Cap.60.

¶ Intellectum actiuū ⁊ appetitū iunctim cauſam eſſe animalium motꝰ. Item q̃ differentia ſit inter intellectū actiuum ⁊ ſpectatiuum. Cap.61.

¶ Unū ⁊ idem genus eſſe q̄ intelligiſ ⁊ appetiſ: de quo oritur localis motus. Cap.62.

¶ De appetibili. Item de quo appetibili intelligamus: et de quo non. Cap.63.

¶ Appetitū inter potētias aīe connumerandū eſſe. Item queādmodū vnꝰ appetitꝰ ſit ⁊ actꝰ tres. Itē ꝯrios appetitus in hoie reperiri ⁊ cur reperianſ. Cap.64.

¶ Plures numero appetitꝰ hr̄i. Itē plura appetibilia. Itē ad motū aialiū localē neceſſaria eſſe q̄tuor. Cap.65.

¶ Quō ⁊ q̄le inſtrumentū ſit: q̄ motui animaliū locali preſeruiat. Cap.66.

¶ Imaginationē eſſe vbi ſit appetitꝰ. Itē imaginationē rōnalē ad ſolū hoiē ptinere. Itē aliq̄d eē ceu mēſurā p quā intellectꝰ iudicat ⁊ ſeligit melius q̄ eſt. Cap.67.

¶ Animalibꝰ impfectis impfectā imaginationē ⁊ appetitionē adeſſe per quas mouētur. Cap.68.

¶ Queādmodū vniuerſalꝭ ⁊ particularis propoſitio moueat. Cap.69.

¶ Animā altricē ineē oibꝰ viris. Itē tactū eē in aliq̄bꝰ vbi reliqui ſenſus non ſit non e cōtrario. Itē terroſa a cognitione ⁊ ſenſu altera eē. Itē que ex vno elemēto conſtāt vacua eē ſenſu. Cap.70.

¶ Quāobrē pfectis aialibꝰ neceſſarij ſenſus ſint ⁊ q̄obrē celeſtibꝰ aialibꝰ nō ſint neceſſarij: neq̄ plantis. Cap.71.

¶ Quāobrē tactꝰ aiali neceſſarius ſit ⁊ q̄ plante nec tactu vtanſ nec guſtu ⁊ quia ſenſus ceteri per exterius internūtium ſentiant. Cap.72.

¶ Nullum animal ortus occaſuſq̄ particeps ex vno elemento conſtitui. Item queādmodū celeſtia animalia cognoſcant res ſenſiles ſine ſenſu. Cap.73.

¶ Tactum attingere animalis vitam eſſentiamq̄ ceteros ſenſus ad cultum ⁊ ornatum adiunctos. Item que tactū corrumpūt vniuerſo aiali abolitionē afferre. Cap.74.


Finis Tabule.

UVA. BHSC. IyR_086_3

## ¶Hermolai Barba. 3. F. Patritij Veneti paraphraſis Themiſtij de Memoria et Reminiſcentia prefatio ad. F. thronum. L. F.

N tibi agere meminiſſe ve aliquas gratias debeam. F. ſuauiſſime: q me ad editionem impuleris Themi-
ſtij mei nō facile habeo dicere. Scio enim q̄ꝫ ſit ardua rō: primum interpretari greca: deinde phyſica: tū
hoc eui: quo oēs ſcientias inuaſit barbaries. Poſtremo vt facilia ſint cetera: ⁊ vt ſatiſfaciā oibꝰ: mihi nec
ſatiſfacio nec parco. Nec enī accedendum. Lucretio eſt poete alioquin vt viſuꝫ eſt veteribus facundiſſi-
mo: qui vno eo ſe extra ꝑiculū vitiligatorū ⁊ ſūmuſſorūꝫ cōſtituit: qꝺ loca ꝑagraret nullius ante trita ſo-
lo. Equidem oportuit illum ingenio eruditioneqꝫ nō nouitate aut infrequētia fidere: quaſi neminē poſt
ſe futurū putaret: qui taxare aut increſcere poſſet: q̄ in illa ipſa tam rara ⁊ inſolenti latinis materia minꝰ ꝓbe aut egre-
gie concinuiſſet. Illos ergo ſcriptorū nomine cēſendos exiſtimo: qꝛ ita ſcribunt: vt adiri a doctis ⁊ accurate introrſumqꝫ
tum ſe tum labores ſuos explorari incognoſciqꝫ cupiant. Qui vō ita vt idiligētes ⁊ cōniuentes oculos deſiderent: hi vi-
dentur mihi inlectos ſe velle: ꝙ vulgo ⁊ circulatoribus cōmentanť. Sunt hercules ſunt mi. F. quos vnus ħ ambitus
tota vita paſcat: ⁊ qbus ſatis ſit faſtus ille: ꝙ ſcribere ⁊ cōmentari dicanť. Hos ego vt aui fuſca imitatos litteris: ita ma-
lis ⁊ noxijs moribus crediderim. Quāobrem quomodo tam male animatus in hoc hominū genus ſim: quōqꝫ ea que
emittantur quaſi ꝓſcribam dicanda nō ꝓſcenio ſed choro muſarum: facile potes intelligere q̄ꝫ dubius ſententie ſim: te-
ſter tibi aliquas gratias: an cōtra qui me in diſcrimē tam cōſpicuum ⁊ manifeſtū adduxeris. Qꝛ enim erratum meum tā
leue ignoſcendū vel me iudice ſit: qui mihi ad omnē veniā aditum hoc ſtomacho: ⁊ hac ꝓfeſſione mea precluſeri: pro-
indeqꝫ facilꝰ ſit īpetrare omnē culpā ab alijs ſaltē iniquiſſimis q̄ꝫ a me mihi. Noui q̄ꝫ magna res ſit nō vertere ſꝫ bñ ver-
tere. Ut ei puerile eſt vertere: ⁊ qꝺ ne decurritās quidē aut manum vortēs abſoluas: inambulās: dormiens: bibens: co-
medens: fungaris eo munere: ita bene vertere nō cuiuis promptū. Nam vt pretermittam cetera illud ſuperat omnem
laborem: ꝙ qui hoc genus exquiſite ⁊ caſte volunt preſtare: paratas habere debēt copias omniū rerum: verborum: li-
brorum: quocūqꝫ genere: quacunqꝫ materia. Excudende omnes cede: habenda omnia ꝓ oculis: pre manibus in nume-
rato. Quis crederet: vt latine veritas inuiſenda ⁊ adeunda barbaria eſt: tū illa ratione iactata: ꝙ nullus liber ab om̄i
parte malus: tū illa vt conſciētia hec (ꝙ nihil preterieris) omnē remotaꝫ tibi adimat in cetera. Nam linee quarta inſa-
nia ſit (ita enim appellare placet ſummā illā ⁊ calūniatricē ſui diligentiā) nemo poteſt reſcire: q periculum nō fecerit.
Ut enim de meo exemplo qui plurimis vincor cura ⁊ ſtudio: id q̄ꝫtū ſic noſcaſ: preclare mecū agi putarem: ſi qꝺ hora
transferro: nō plus q̄ꝫ matutinū iuſtum in politurā eius impenderē. Nūc ⁊ hoc tempus ꝓmis ⁊ rudibus typis damus
et fere annis ſingulis a capite retexīmꝰ. Fuit enī apud me opus hoc annis amplius ſeptem preſſum: qppe qꝺ anno eta-
tis vno de. xx. ceptū a me ſit: ne multum abeſſe a preſcripto noni videar. Nec tamē ꝓpterea magnū aliqd expectari de
nobis velim. Nā tā etſi aliqua in editionibus noſtris ſint: in qbus ſi nō frugē: ſalteꝫ rudimentū ingenij ⁊ igniculos qſ-
dam agnoſcas: nō tamē id ſummo aut arrogo: vt a doctis viris probatum iri hec credam. Qui enī ꝓfiteri aut preſefer-
re hoc debeat: niſi doctus. Porro nulla res tam multis munita bonis eſt: q̄ꝫ nomē docti. Qui ſe doctum credit: non po-
teſt non indoctus eſſe: qꝛ nō videt quāta ⁊ q̄ꝫ multa neſciat: qꝺ qui ignorat nec illa ipa ſcit que ſcit. Qui enim poteſt ſci-
re quantū ſciat: qui neſcit q̄ꝫtum a tergo ſit: qꝺ poſſit ſciri. An gubernator in naui poteſt medio pelago ⁊ arctiſſimis te-
nebris intelligere quātum nauigauerit: ſi nō cōſtet quantū itineris ſupſit. Dices bono ergo periculo cōcredis tua ma-
nibus doctos nō habiturus qui legant. Sed vt tibi cōcedā nō eſſe doctos: non negabo gradus quoſdā eſſe: quibus vt
ego paucos: ita me plurimi ſuperent. Deinde nondum certū habeo: grauius ſit doctis ſcribere an indoctis. Naꝫ vt de
me loquar: nō ibo inficias: inueniſſe me pluſcula: que ſi in doctos ⁊ imperitos inciderint: nō dubito futuros: qui aut re-
prehendant: aut vt q̄ꝫ benigniſſime mecū decidaſ: contēnant: aut non animaduertāt. Ita per illos operā perdiderim.
At ſi docti legerint nullum dictum paulo acutius aut ſcitius ſine cōmēdatione ⁊ quaſi mercede ſua abibit. Singulꝭ ver-
bis ſua merita ⁊ laudes conſtabunt. Nihil fruſtra nihil ingratis inuentū excultū trāſlatū ve erit. Et ſane merito: qꝛ ne
errores quoqꝫ diſſimulantur abijciunť impune ve habent. In plenum diſtricta cenſura ē: nulla gratia fit. Omnia litu
et obeliſcis ceu capitali calculo damnātur. Prorſus cōtrouerſa ⁊ anceps ratio eſt ſcribas nō ſcribas: docti indocti ſint
qui legant. Alioquin (dixeris tu) vita ſemp in latebra exigenda nō eſt. Periclitari interim vel cū diſpendio fame opor-
tet. Nec vō deterreri plus iuſto par eſt. Erit aliqd verſari inter doctos etiam indoctum. Nā ⁊ inter cellas apum ſua fu-
cis loculamēta ſunt: quorū etiā aliquis vſus apiarijs conſtet. Et ne ab eodeꝫ exēplo recedatur: nō ſemper viola ad vio-
lā aduolandum. Eſt quādo pes firmandus ⁊ de te aliqd promendū ingenium qꝺ oleat. Nam vt peſſime cedat: recan-
tandi dabitur locus: preſertim quō nemo tam auerſo ſydere moliatur aliqd: q ſe nō aliquibus ſecutoribus cōmendet: a
quis probetur. An mihi defuturus vnq̄ꝫ tu es: cuius vel vnius iudicio niti poſſim: aut ſi tu minus equum te prebueris
que mea errata tam frequētia aut inſignia eripient mihi Antoniū Clarium meum: cui preter id qꝺ clarꝰ vir et probus
intelligitur: etiam lectione varia ⁊ multa exercito fides de me non haberi non poterit. Nam de Hieronymo Donato
meo dicam an noſtro? quid mihi nō reſpondeā? cuius eminentiſſimū ⁊ diuinū ingeniuꝫ doctrina exquiſitiſſima ⁊ ſin-
gularis humanitas comitaſ. Is mihi vel euidēter noxe cōperto ⁊ aſſiſtere ⁊ ſubſignare ſe etiam quocūqꝫ ꝑiculo nois
paratus atqꝫ adeo animatus eſt. Qꝛ q̄ꝫ vō hec ita ſunt nōdum tamē liquet habere tibi gratias debeam: qui me in locum
tam lubricum cōiecerī. Sꝫ ne cui ingratus vtcūqꝫ poſſim videri: quoi conſtet qꝺ mihi nō conſtat: nūcupaui tibi libruꝫ
de memoria ⁊ reminiſcētia. i. particulā conſilij tui: qꝺ ſi improbabiť nō tam mihi qui acceperim q̄ꝫ tibi q dederis peni-
tendum depudendumqꝫ ſit. Volo enim qui hec damnarit autoreꝫ flagitij intelligat. Ita fiet vt ⁊ ſe mihi in tua culpa fa-
cilitores exhibeāt ⁊ minus fraudis in me decūbat que partiario alleuata ſit. Uale Venetijs. 1480.

UVA. BHSC. IyR_086_3

# ¶ Themiſtij paraphraſeos de Memoria et Reminiſcentia liber primus: interprete Hermolao Barbaro.

¶ Nõ eoſdẽ facili meminiſci ꝗ facile reminiſcant. Cap. j.

n Unc de memoria quid ſit meminiſſe ⁊ quas ob cauſas habeatur: ⁊ ad quã ꝑtem anie ꝑtinere poſſit accurate agẽdũ explicãdũq; eſt. Eadez fere de reminiſcẽtia q̃ri ⁊ diſcuti oꝑtebit ꝗppe quõ nõ ſit eadem res meminiſce ⁊ reminiſci neq; memoria. Itẽ quibus eſt ꝑcipua: ijſdem ⁊ remiſcentia eſt: ſed plurimuz accidere ſolet vt memoria precellant ꝗ tardo ingenio ſint: reminiſcentia: ꝗ vigore animi celeritate docilitateq; polleant.

¶ Futura ⁊ preſentia ad memoriã nõ ꝑtinere. Cap. ij.

q Uom igitur notiora ſint actibus ſubiecta quẽadmodũ in libris de ſenſu ⁊ ſenſilibus demõſtratũ eſt: vbi ex ijs que inciderẽt ſenſibus ⁊ que cõſpectiora euidentioraq; eſſent: oĩs noſtra oratio et cõmentatio prodijt: hoc q̃z loco eundẽ nobis ordinẽ perſequendum putamus: vt ꝓmũ indicem⁹ ea que memorie ſunt: ſolet enĩ in hoc error intercidere: ac primum quidẽ meminiſſe futura nõ poſſum⁹: ſed vel opinari vel ſperare quo in genere ſcientia quedam ſeu peritia preſagiandi habetur: quã nõnulli coniecti onẽ ſiue addiuinationẽ appellant. Sed neq; inſtãtia meminit quiſq̃: quia ſenſu hec nõ memoria cõtinent. Nam ſenſus neq; futura neq; preterita cognoſcit: ſed tantũ iũcta ⁊ preſentia.

¶ Sola preterita eſſe ſubiecta memorie. Cap. iij.

r Eliquũ eſt: vt ſolũ ꝑterita dicamus ſubijci ⁊ mãdari memorie. Id qđ adeſt: qđ tenetur: qđ vſurpatur ſenſu: qđ cernit oculis: nemo ſe recordari dixerit. Sed nec qđ cogitatõe animi mõ contemplamur agitamuſq;: ſed alterũ eſt ſentire .i. ſenſu complecti: alterum diſcere ac meditari. Qz ſi ſenſus rerum ⁊ ſciẽtia teneatur ſine operibus: ſed extante adhuc ſimulachro opera appello: vt hoc animal: hoc albũ: hanc triangulaz figuraz pagella hac depicta. tũc vere ac proprie recordari ⁊ meminiſſe videbimur. Ita ⁊ Socratem albũ eſſe ⁊ trianguli angulos pares eſſe duob⁹ rectis memiero: hoc qꝛ aliquãdo ſpeculatus ſum aut condidici a docẽte hoc: vel illo: hic vel alibi: illud qꝛ ita acceperim: aut viderim: aut aliquo ſenſu cognouerim.

¶ Quemadmodum in omni memoria adhibere tempus oporteat. Cap. iiij.

ſ Emp vero anim⁹ quotiens meminiſſe vult: hoc autẽ eſt aſpicere ad imagines nõ aliarũ reruz q̃z earum quas olim accepit: neceſſario adhibet ꝑteritũ tẽpus. Hinc fit vt quomodo quis aliquid meminit: dicat huius ſe ante hac aliquãdo aut ſenſuz aut intellectum habuiſſe. Eſt igit memoria nõ ſenſus nõ imaginatio nõ intelligentia ſed aliquouis horuz habitus aut affectio: quõ tẽpus adiũgitur: quo facta impꝛeſſio eſt: ⁊ derelictum ſpectrũ in anima. Recens porro motus quo quid animã pellit nõ poteſt memoria eſſe quẽadmodũ dixim⁹ qꝛ preſentiũ ſenſus eſt: cõſequentiũ ſpes preteritarũ memoria omnis: igitur recordatio copulata ⁊ coniuncta cuz tempore eſt.

¶ Que bruta habeãt memoriaz ⁊ que differẽtia inter memoriam brutorũ ⁊ hominũ ſit. Cap. v.

e Ex hoc ſeqtur his anĩalibus memoriam adeſſe: q̃ ſenſum ⁊ notitiã tꝑis habeant: nec meminiſſe ea ꝑte anie alia q̃z ſenſuali. Nã aſinus ꝗ ſuperiore anno in foueã occiderit ſi hodie locuz videat recognoſcet ⁊ recordabitur ſe in ſcrobẽ collapſũ. Sed differunt ab homine bruta in eo: ꝙ homo nõ ſolũ meminit ſe vidiſſe aliquãdo audiuiſſe ve: ſed etiã futurũ temp⁹ a preterito diſcrimĩat. Bruta hoc ſolũ cognoſcũt ſe modo corruere aut olim corruiſſe. Itẽ homo recordari ſe percipit: hoc mutis negatũ. Sed animãtes alie memorioſiores ceteris vt ꝗbus purgatior ⁊ abſolutio imaginatio eſt: vt apes et columbe. Alie cõtra immemores ⁊ obliuioſe: ꝗbus offenſa turbulentaq; obtinet: vt vermes ⁊ muſce.

¶ Quẽadmodũ memoria intelligibiliũ reruz ſit: ⁊ in quo diſtet a memoria rerũ ſenſibiliuz. Cap. vj.

c Eterũ ambigat quiſpiã aĩaduertẽs ad id qđ mox dixi: eadẽ nos anie ꝑticula recordari q̃ ſentimus. Si enĩ ita ſit videbit memoria intelligibiliũ generum nulla eſſe. Qz ſi vſus memorie ad eas q̃z res ꝑtinet que intellectu menteq; capiũt: vt certe ꝑtinet nã ⁊ ſpeculaminũ recordamur: atq; in ijs potiſſimum frequens noſtra memoria ẽ: q̃ vniuerſalibus notiõibus continentur: relinqtur nõ ſolum in ꝑte anie ſenſibili: verum etiã in rationali ⁊ intellectuali cõſtitutã eſſe memoriam. Sed ſoluitur: an quẽadmodũ imaginatio ſiue phantaſia ⁊ viſio ꝑ ſenſibiliũ generum ẽ: intelligibilium ⁊ ex accidẽti: ita ⁊ de memoria ſtatuendũ ẽ: vt ad ſenſilia per ſe pricipaliterq;: ad intelligẽda v̇o ꝑ accidens dicatur. Mẽs enĩ viſione cõiuga vtẽs quoi quaſi innectit implicaturq;: ex viſis ⁊ imaginibus: quas actione ſua ſenſus in ea impꝛeſſit notas: ⁊ intellectus vniuerſales exprimit atq; afformat. Prohinc ſicut ſine opa ſenſuum nõ poteſt cõtingere imaginatio: ita ſine imaginatiõe nõ põt accipi aut reponi vniuerſale. Qz ſi verũ eſt neceſſario cõſequit quẽadmodum oculus elephantũ: ꝗ Athenis viſitur pictus ꝑ ſe contẽplatur: ſed ꝑ accidens ꝗ educatus ⁊ natus in india ſit. Itẽ quẽadmodum ꝗ Socratem videt hominẽ quoq; in vniuerſũ intelligit: ita ⁊ memoria ꝑ ſe quidem circa effigies in imaginatione depoſitas ⁊ cõſignatas verſatur: ſed ꝑ accidẽs notionibus mẽtis obſeruit. Quãobrẽ memoriã per ſe ad ſentientem animaz ꝑtinet ad quã imaginandi quoq; vis ꝑtinet. Per accidẽs v̇o etiã functiõib⁹ aĩ ⁊ rõnis miſtrat.

¶ Qui vſus quãtiatis intelligẽtibus ſit: quõ res etiam nõ quãte intelliguntur. Cap. vij.

c Erte patit anim⁹ quõ quid intelligit qđ geometra quõ triangulã figurã deliniat. Ille q̃zuis nullus ei vſus ſit ad demonſtrationẽ conſtitute magnitudinis: deſcribit tamẽ triangulũ ꝑfinita certaq; quãtitate. Nã in eam ꝓpoſitionẽ: in qua tres anguli eſſe duobus rectis pares ꝓbantur: nulla vtimur fixa ⁊ legittima amplitudine: quia ſiue latus pedale ſit ſiue cubitale ſiue dodrãtile ſiue palmare ſiue quocũq; menſu: eodem modo doceri poterimus duobus rectis equales eẽ tres angulos. Deſignat tamẽ ⁊ ducit i abaco triãgul⁹ determinata mẽſura ⁊ ſpẽ: neceſſeq; eſt equilaterũ aut ⁊ qui peduz aut ſchalatẽ poni: mõ quicũq; ⁊ quãtuſcũq; deſcribitur: rectilineã figurã obtentet. Idẽ facit homo quõ ꝗd animo cõminiſcitur. Qzuis enĩ nõ de re quãta ⁊ diuidua ſed de re alterius generis cogitet: ſibi tamẽ certã quãtitatem ꝑſentat ad quã ſe dũ cogitat refert. Si calidũ ſi odoratum ſi candidũ ſi qđ vis aliud inſectilie carenſq; ꝑtib⁹ contemplemur: tñ opinor ſemꝑ amplitudinẽ aliquã vt corp⁹ aut planitiẽ ꝓponim⁹ nobis: ⁊ quaſi ſubijcim⁹ oculis pro gremio ⁊ lectiſternio regi quã mẽte agitam⁹. Sed ſi ꝓmariam illã ⁊ obtimatẽ naturã q̃ intellectualis dꝛ: ſpectare et viſere cupias: continuo molles quedã ⁊ dimẽſio cõualeſcet ⁊ cõſurget in aĩo: quã tota ſpeculatiõe ea idẽtidez reſpicere ⁊ imaginari neceſſe habeas. Recte igit Platoni viſum ꝗ obtuſiorem humane mentis aciem huic cauſe

UVA. BHSC. IyR_086_3

tribuit. Imaginatio inquit ſociata implexaq; animo actio nes eius turbidat: nec puras ⁊ dilucidas patiť. Q; vͦ di cimus cū quātitate intelligi a nobis que quātitate ⁊ corpe careant: nō ita accipiendū eſt: vt neceſſe ſit ea eſſe quanta ſed adhibetur gdem intelligendis ijs quātitas ſed noſcitā tur tamen vt ſunt: ⁊ candor vt diſſipās tumorē: nigrior vt contrahens.

¶ Quomodo res quāte intelligantur: que differētia inter id ſit qͦ ſibi intellectus fingit: ⁊ id qͦ imaginatio ſibi preſentat. Cap. viij.

q

Uāuis vͦ qͦ intellectu apphenditur nature ſue ſorte quātū ſit: vt triāgularis ⁊ quadrātalis figura ⁊ cetera eius generis alūna geometrie corpora: tñ infinibile atq; interminatū euadit: ſimulq; pceptū aīo ē: neq; magnitudo ijs tāta aut tāta. Uerbi grā pedalis aut cubitaľ afferri pōt. Itē nō intelligiť ita vt eqlaterus aut ſcāſelis: ſed ita vt triangulus: hoc ē genꝰ ipſū citra oēm dimēſum magnitudinēq;: ⁊ in cōmune rō ſola trianguli. In imaginatiōe vero oīa hec certos dimēſionis ⁊ magnitudinis limites preſentāt. Et quanta extrinſecus ſunt: tanta quoq; intus in loculamētis imaginarijs ſeruā tur. Nihil igitur pſpicere animo poſſumꝰ ſine phātaſmate: ſed vt ſum pfatus imaginatio intelligentie coheret vt comes aſſeclaq; eius indiuidua.

¶ Quas ad res intelligendas vtilis imaginatio ſit: ⁊ ad q̄s inutilis. Cap. ix.

c

Eterū modo cōmodat mō incōmodat imaginatio ratiocinandi. Cōmodat in mathematicis vbi geometria p menſula et abaco ē. Incōmodat viſenti ⁊ tractanti diuina: qbus vis hec figurā magnitudinē ⁊ colorem affingit: ita committit: vt q̄ ſtatu eterno ſūt: ⁊ quorū ſubſtātia temporarias vices nō ſentit: ſine mole ⁊ tempore cogitari nō poſſint.

¶ Q; memoria nō ſit vis ⁊ affectio intellectus ſed ptis dū taxat ſenſibilis. Cap. x.

ſ

Igiť omnia e qbus mens vniuerſale ſuū moliť imaginatione cōtineri videnť. Imaginatio autē et memoria ſubiecto eadē ſūt: ppterea q vtraq; ratio affectus ē: ſenſus cōis vtrūq; conficitur: ⁊ vt tam memoria q̄ imaginatio p accidēs intelligibilium genez ſit: et vt notitia motus ac tpis primū ptineat ad ſenſum: tū deinde ad intellectū ⁊ mentē. Quo ſit vt nō modo hominibꝰ et ijs anialibus: qbus prouidentia ⁊ opinatio data eſt: ſed et irrōnalibꝰ multis ineſſe memoria videať. Q; ſi pte aliqua intellectus ſtatuenda eſſet memoria: nō poſſet aialibus mutis cōtingere cū multa icirco memoria careant quia cognitione ⁊ ſenſu tpis vacāt. Semper quidez vt ante retulimus quotiēs in mentē venit alicuius rei: quaſi pſenſimꝰ nouiſſe nos id pus: vel q audierimꝰ: vidrimꝰ didicerimꝰ: vel q gñe alio paſſi aut affecti fuerimꝰ: at prius ⁊ poſterius note temporis ſunt. Manifeſtū igiť ē in ea parte animi ponendā ⁊ collocandā eſſe memoriā: in q̄ cōſtituta imaginatio ſit. Sed ⁊ illud cōſtat eas res per ſe tributas ⁊ mandatas eſſe memorie que poſſent ſub imaginatione ⁊ ſenſum cadere: per accidēs illas que q̄q̄ e genere imaginario non ſūt: tamen ſine imaginatione intelligi et ſpectari non poſſunt.

¶ Quāobrem recordemur rerum abſentiū. Item imaginationem proprie nō eſſe ipm ſimulachrum: ſed actū virtutis imaginantis. Cap. xj.

ſ

Ed querat aliqs: q poſſit fieri: vt impreſſione ſola pſente: qua ſimulachrū in imaginatione depoſitū eſt: meminerimꝰ reru m abſentium: ⁊ vtrum verū ſit id qͦ dicitur de ipa re: nō de ſimulachro et impreſſione haberi memoriā? Sed hoc vt facilius ⁊ cōmodius diſſoluere poſſimus: ⁊ lucē ijs que dicta dicenda q̄ ſūt maiorem afferre: paulo penitius intrāda nobis hec ratio ē. Q; uiſq; in libris quos de anima ſcripſimꝰ fere oia pſoluerimꝰ q̄ ad naturā ⁊ potētiā imaginādi ſpectare poſſe videretur: non tamē inutile ſaltem fuerit: ſup eo aliquatam oportuno loco repetere. Sciri igiť oportet ex actibꝰ quos circa ſua quiq; genere ſenſus abſoluūt: formari quedam ſimulachra: q̄ tanq̄ ſigilla ⁊ picture eorum que inciderint: inuri nobis atq; in ſenſu principe: hoc eſt in corde ipſo conſtitui collocariq; videantur. Hoc igitur veſtigium qͦ deſiſtit ⁊ remanet: etiam abiuncta re ſenſili: imaginationem ſeu viſionem appello: eaq; finitur hoc genere. Uiſio ē effigies in viſcere primario id eſt cordis impreſſio. Ceterū non ipa impreſſio habenda viſio eſt: quippe cum viſio actus ⁊ adminiſtratio ſit eius vͦtutis cui imprimitur et que cōcipiendi viſa potentiā obtinet: alioquin nihil viſentibus ⁊ imaginantibꝰ nobis imaginatio ⁊ viſio haberetur: quia teneret effigies: imo vere imaginatiōes plures ſimul adeſſent: quia plures effigies ⁊ plures impſſiones ſimul repirentur. Preterea: aut ꝯſtitues viſionē eſſe quō ſimulachrū recēs imprimitur: at in hoc munus inuēti ſūt ſenſus: aut cū iam vtiq; eſt impreſſum: ſed aſſeruatur ⁊ in theſauros conditur: at huic officio antiſtita eſt memoria: Ergo ſi imaginatio neq; ſenſus actio eſt: neq; aūt memoria: relinquiť male ſentire q ſequius ſtatuāt. Proinde veriſſimū eſt queādmodum in ſenſu tria ſunt: ſenſile vis ſenſibilis: ⁊ actus: qui ex initu admiſſuraq; illorū tanq̄ fetus excludiť. Et queādmodū in intellectu tria itē ſpectantur intelligibile: vis intelligendi: ⁊ actus q de ambobꝰ pariť ita ratio hec cōtineri tribus videť: genere imaginoſo: vi imaginandi: ⁊ actu q ex vtroq; oritur. Atq; hic pprie imaginatio diciť: vt eni qui pſente re ſenſili ab aīa ſenſuali cōficitur poteſt ⁊ aſſolet ſenſus vocari: ita ⁊ actus q abſente re ſenſili verſatur ob ſimulachrū eiꝰ derelictū ⁊ alluū ſenſui cōmodiſſime imaginatio appelleť. Illud nemo ignorat: cum impreſſionē aut effigiē aut figurā dicimꝰ abuſionē eſſe nominū: nam pprie impreſſio ⁊ ſigillum receſſu ⁊ eminētia partiū conſtat: qualis forma ea eſt: quāq; ſignātur anulis pretendunt. Hanc impreſſionē non cōmittunt ſenſilia: nec talē ſpēm defigunt in ſenſum. Nec ei effigiantur aut cōfigurātur ſenſus apphenſis ⁊ hauſtis ſenſilibꝰ. Nam qualis obſecro figura oīno albedini aut colori eſt: qualis ſapori odoriq;: ſed inopia vocabuli aptioris cogit nos hoc genus modo impreſſionē: mō figurā: mō veſtigium dicere. Quid ſit imaginatio iam expoſitum. Memoria vͦ imaginatiōis ſacrariū ⁊ conceptaculū eſt: proinde q; retentatio ⁊ cōſeruatio.

¶ Que tēperature ingeniorū recordari idonee ſint ⁊ q̄ nō idonee. Cap. xij.

h

Is ita cōſtitutis: quoniā in ſenſu pncipe ſimulachra rerū inſita ſūt vt diximꝰ. Princeps aūt ſenſus in quibuſdam mollior diluciorq; habeť: in qbuſdam rigidior. Itē alijs in motu ē: alijs geſcit: neceſſe eſt ſimulachra in ea cōdita eandē ſeq imitariq; rationē. Hinc illa numeroſo diſcrimie ingeniorū varietas. Alij hec alte fixa cōtinēt. Alijs in ſūmo herēt. Ii pdiu ſeruāt. Illi breui labunť. Hinc accidere vt alij magis: alij minus memoria valeant. Quidā ita dānati vt nihil oīno meminerint. Deſultoria ⁊ fragilis in paruulo memoria eſt: et in ſene q etate precipiti ſit. In paruulo q in motu iugi a cremēto eſt. In ſene q natura in eo ad occaſū prona minuitur. Eſt memoria ⁊ morbis obnoxia: quorū ſepe iniuriā ſentiens aut vniuerſa cōmoriť oblitteraturq;: aut inſigniter laceſſiť. In ijs vero q etate media ſunt q̄ cōſtās adultaq; diciť: q ſtatu indecliui ⁊ tempato exigūt: firmiſſima ⁊ tenaciſſima ē. Queādmodū itaq; anulus in pfugū torrentem defixus: nō ſigillat: ita memoria eorū retiner e nō pōt qui aut vi egritudinis: aut fluxu etatis in motu ⁊ agitatu cōtinuo ſūt. Item q duriuſculos ⁊ inflexibiles ſenſus ⁊ corneolos habent memorioſi eſſe nō poſſunt. Nā q in lapide ſignū anuli exprimas. Proinde vt dixi tā eos q multum indolent q̄ q decliues ⁊ decrepiti euo ſūt: obliuioſos eſſe neceſſe ē: propterea q ij acceſſione viriū cretiōeq; eſtuāt:



UVA. BHSC. IyR_086_3

illi conſumptiōe diſcobinatiōeq̄ collabūtur. Eſt eni ſe-
nibus cor in quo ſūmi ⁊ pncipis ſenſus regia ē: ſimillimū
edificijs ⁊ parietinis veteribus: qbus tectoriū ⁊ picture i
eo exciderint pre ſenio. Habet in ijs cor pregelidū: eoq̄ la
xatur ⁊ quaſi corruit algore: atq̄ ita ſimulachra rerū que
in eo aſſeruabant: queq̄ tectorij opis mō illita inductaq̄
fuerāt: cōſequio abolentur ⁊ diffluūt. Laborāt vo memo
ria tum q precelleres ⁊ impendio volucres ſūt: tū qui ad
modū hebetes bleniq̄. Alteri q̄ ſūt humidiores q̄ ſit ne-
ceſſe. Alteri q̄ rigeāt plus equo. Itē alteri q̄ liquidiores
mobilioreſq̄ q̄ vt iherere ac deſiſtere imagines poſſint.
Alteri q̄ contumaciores ac retorridiores: q̄ vt plagas et
vulnera conſentiant

Queſtio q̄ quotiēs meminimus nō eius potius ſimula-
chri meminim⁹ qd̄ habetur in nobis pſens: q̄ eius q̄ a ſi-
mulachro refertur. Cap. xiij.

h Actenus extra ſeriē euagati ſumus: nunc temp⁹
eſt ad queſtionē illā: cuius grā errauimus quaſi
ad compendinū ⁊ vadimoniū reuerti. Ita muni
tiores paratioreſq̄ accedem⁹ vt aiunt ⁊ confere
mus pedem. Erat igitur cōtrouerſia hec nobis propoſi-
ta: ſi de memoria ſtatuendū ita ſit vt dixim⁹: vtrum hoc ſi-
mulachrū recordetur animus: an illud vnde hoc pfectū
eſt. Si hoc nihil igit̄ q̄ abſens ſit meminiſſe poſſum⁹. Si
vo illud q poteſt cōtingere: vt cū hoc aſpiciat non magis
huius recordet̄ q̄ eius qd̄ nō aſpicit. Iam imago hec que
ſentitur ſiue ſilitudo alteri⁹ rei eſſe: ſiue vt qd ſui generis:
qd̄ nā aliud meminerim⁹. Non hoc ipm potius qd̄ habe-
tur tenetur q̄ intus: ⁊ qd̄ inuiſim⁹ quotiēs recordatio mo
uetur. Nā qui meminit ſimulachrū ſpectat ſentitq̄. Quo
nā igit̄ pacto meminiſſe poſſum⁹ rei q̄ nō ſit preſens. Alio
quin hoc mō cernere etiā ⁊ audire abſentia liceret. An re
cte ⁊ ſcite dixim⁹: habetq̄ ſe res vt oportuit. Queadmodū
eni aial depictū in ſceda: ⁊ aial eſt ⁊ imago: item ſubiecto
vnū ſed cōſideratione ⁊ rōne cōuariās: queadmodūq̄ ſi
quis ppoſitā in pgula tabulā contēplaret̄: ſolumq̄ de pi
cture artificio cogitaret: nec id attenderet qd̄ veri aialis
imitatio eſſet: pculdubio ſimplr̄ diceret ſe anial ſpectare
ſimul vo aniaduerteret ſe animalis veri exemplar vide-
re: tūc imaginē eſſe in tabula nō animal diceret. Ita de ſi
mulachris que in nobis ſūt cenſeri oportet: quaten⁹ ipſa
ſeorſum ſpectantur poſſunt ſpectra ⁊ viſa appellari: q̄te-
nus vo aliud qd tanq̄ imagines pictureq̄ referūt tū ſub-
tecta ⁊ alūna memorie nūcupant̄. Nā quō ſenſus cōis ſi-
mulachrū qd̄ in corde eſt ita verſat tractatq̄: vt nihil pte-
rea niſi ipſum illud in ſe imaginet̄: tū vt dixi viſioni ⁊ ima-
ginationi ſubijcit̄. Quō vo ita vt nō ipm in ſe conſideret:
ſed vt ſimulachrū alteri⁹ ē: tūc repreſentatio dr̄: ad memo-
riā ptinet ⁊ actus talis memoria nominat̄.

Unde eueniat: vt ea que qs meminit: aliquādo meminiſ
ſe ſe neſciat. Cap. xiiij.

h Inc ſolet vſu venire: vt id qd̄ memoria tenere:
plerumq̄ neſciam⁹ vnde acceſſerit: ſenſu ne an
alia rōne. Nā ⁊ ſpeculantibus nobis occurrunt
aliqua: que neq̄ quādo neq̄ in quo loco neq̄ a q̄
didicerimus venire pōt in mentē: ſepeq̄ dubij ſententie
ſumus inuenerim⁹ ipi eam ⁊ cōmēti fuerim⁹: an a docēte
aliquo accepimus. Interim ita vt heſitemus: imaginatio
hec ſit recēs ſubitariaq̄: an recordatio ⁊ ſuggeſtio. Uerbi
gratia: audiui olim a q̄dam ſermonē: deinde poſt tpe ali-
quāmulto: ſubit qd̄ audierim. Anceps igit̄ animi mecum
dico autor ne ſermonis hui⁹: an aliunde precepi: atq̄ ita
hoc ipm veſtigo. Si igit̄ cōſiderādo ſcrutādoq̄ recolue-
ro ſermonē illū aliunde pueniſſe ad me: tūc fuerit recor-
datio: alioquin merā ceptionē ⁊ cogitationem e re nata
exortā dicere neceſſe eſt.

Unde ſit: vt ea que qs imaginat̄ fingitq̄ aliquādo memi
niſſe ⁊ recordari ſe putet.
Capi. xv.

e St qn̄ ↄtrarium accidat vt in antipherōte ↄrire:
ac vere ijs qui exceſſu mētis tentātur. Nā ea que
ipſi ſecū imaginoſaq̄ extremaq̄ cōtinent̄: tanq̄
facta ⁊ geſta adnarrāt ita: vt q meminerint. Quā
obrem alij ea que ſenſu nouerūt imaginatos ſe putāt: alij
ex aduerſo ea que imaginati fuerint: ſenſu ↄſecutos ſe cre
dunt. Atq̄ hoc ſit quotiēs id qd̄ eſt imago ↄſideramus vt
imaginē: aut ecōtrario quotiēs id qd̄ eſt imago nō accipi-
mus vt imaginē. Meditatōes certe reminiſcēdo memori
am ↄfirmāt ⁊ tuentur. Meditari nihil aliud eſt q̄ crebro
repetere imagines atq̄ recurrere: nō vt in ſe ſpectra ſūt:
ſed vt imagines aliorū. Hactenus quid ſit memoria: quid
meminiſſe ſatis dictum: qd̄ ſic cōiectiōe breui teſtabimur.
Memoria eſt habitus quo imagines rerū poſt impreſſi-
onem cuſtodiunt̄ ⁊ retinētur: atq̄ hoc: non in tota anima:
ſed ſenſu primario: ⁊ in ea vi que pma notitiam temporis
animantibus cōmonſtrat.

# Themiſtij paraphraſeos de Memoria et Reminiſcentia liber ſecūdus: interprete Hermolao Babaro.

Reminiſcētiā nō eſſe apprehenſionē diſciplinē neq̄ re
nouationē vniuerſe memorie: ſed partis eius cuius quis
eſſet oblitus. Cap. j.

Unc qd ſit reminiſcētia tractem⁹. Pri
mū ea q̄ in qōib⁹ popularit̄ ſcriptis de
ciſa ſūt: vera eē cōſtituam⁹. Ea ſūt hō
n reminiſcētiā nō eſſe reſumptionē me-
morie neq̄ itē aſſūptōez apphenſionē
ue diſcipline. Nō ei reminiſci aliqs dr̄
cum primū imbuit̄ notitia rei quā an-
te neſcierit: ſed hoc diſcere ē. Itez neq̄
illud reminiſci ē: diſcere. ſ. ⁊ retinere iugi memoria ſine
vlla interuentione obliuionis: ſed reminiſci eſt ex aliquo
veſtigio cōſernato ⁊ incolumi referre ſe in cognitionē ei⁹
qd̄ memoria excidiſſet. Exempli grā in ſenſu pmate ſita
eſt vniuerſa imago ⁊ ſimulachrū rei quā ſenſu pceperis:
hoc q̄diu ſolidū purū dilucidū inobſoletūq̄ retinet̄: ita
vt ab omi pte ſui excitare mentē: ⁊ ab ea ſimul collibuerit
perſpici incognoſciq̄ poſſit: nō in eo q̄ ſimulachrū in ſe
ſe: ſed in eo q̄ aliud pſentat: hoc memoria ē: de qua diligē
ter executi ſum⁹ priore libro. Qz ſi nō vniuerſum ſimula
chrum retinet̄: ſed pars māſitat: pars interlita ē: vel diu-
turnitate: vel alio caſu aut iniuria: vt neq̄ animū ciere ne
q̄ cieri ab anio poſſit: quotiēs ex portiōe ea que ſubſidua
eſt: ⁊ que integra ⁊ limpida obmāſit exuſcitat̄ ⁊ quaſi p⁹
liminio reuertit̄ id: qd̄ huic nexum iniunctūq̄ olim iter-
mortuum interceptūq̄ videbat̄: tum quid tanq̄ redux re
demptūq̄ ac reſtitutū anie haberi id videt̄. dicimur remi
niſci: Atq̄ ita efficit̄ vt reminiſcentia ſit reparatio prioris
memorie reuocatioq̄: nō quidez totius: nam tota res ela
pſa animo eſt: ſi denuo doceamur qd̄ ſimus obliti: hoc nō
erit reminiſci ſz diſcere. Nā ⁊ vt iterum diſcatur ⁊ iterum
inueniatur eadem cōmentatio vulgo ſolet contingere.
Uerbi cauſa: ſi ex lectione vel auſcultatione verſū illum
quis teneat. Iram pande mihi pellide diua ſuperbi: euq̄
vſq̄ adeo familiarem promptumq̄ habeat: vt ſine vlla
cunctatione quotiens volet extemporali facilitate pnun
ciet: memoria hec vocabitur. Si vero initium verſus dū-
taxat meminerit: calcem aut obliuio deleuerit aut anni
abſtulerint: deinde animus ex initio illo qd̄ adhuc ſerua-
tur quaſi admonit⁹ appellatuſq̄ et reliquias ac veſtigia
perſecutus: tum ſimilitudinem et diſſimilitudinem ſcru-
tatus: tandem conferendo hec inuicem recolendoq̄ in
memoriam reponatur eius qd̄ vanuerat: reminiſcentia
hec dicetur.

UVA. BHSC. IyR_086_3

¶ Reminiſcētiã ſimpliciũ nõ eſſe niſi ꝑ raro. Cap. ij.

Ex his conſtare arbitror ſimplicium nominũ nõ reminiſcentiam ſed memoriã ⁊ diſciplinã habere: niſi ratione ea reminiſcentiã quoq; pertinere ad hec dicamus: qð ſepe eueniat vt prima ſyllaba vocabuli obſoletis ceteris teneatur: e qua deinceps in memoriã oblitarũ ſcrutinio ⁊ cogitatõe coorta referimur.

¶ Reminiſcentiã induci ꝑ multos motus q̄ ordinẽ ⁊ conſecutionẽ habeant. Cap. iij.

Reminiſcentiã quidẽ comitatur memoria neceſſario: nã qui reminiſcit̃ meminiſſe ad quẽdaʒ modũ videt̃: q2 partẽ ſcilicet repetit prioris memorie. Inter reminiſcẽtiã vo ⁊ diſciplinã ⁊ inuẽtionẽ intereſt: ꝙ qui reminiſcũtur maius principium momentumq; intus poſſident: q̃ʒ qui diſcũt aut inueniũt. Dixi maius: q2 tam q̄ diſcunt q̃ʒ qui inueniũt certum initiuʒ ac ſeminariũ intra ſe gerunt: vnde ij diſciplinã accipiant: illi ſcientiã pariant: q2 doctrina omnis ⁊ ꝑitia ex aliqua p̄notione anticipationeq; gignitur.

¶ Quedam ſimulachra neceſſario ſequi: quedam ex aſſuefactione. Cap. iiij.

Quid ſit reminiſcẽtia indicatũ exemplis ẽ: vt finiri poſſit: reminiſcentiã eſſe reducem ⁊ quaſi rediuiuã memoriaʒ. i. renouationẽ memorie collapſe: atq; hoc quẽadmodũ cõſequi leuiter poſſimꝰ proprie intuitu patere arbitror. Nam quom motus ai̇e ita ſe habeant: vt alter alterũ conſequio trahat: ſicubi hoc neceſſariũ eſt: facile conſtat: ſimulatq; origo ⁊ initiũ mouerit: ſucceſſionẽ ab hoc ad fiñ: deinceps ad tertiũ ⁊ vſq; ad ſupremũ iturã: velut in cathena ⁊ giris: ſi anulus vnꝰ tollatur neceſſario inſeq̄tur ꝓximus: atq; ita alius alio commouet̃ ordine ⁊ attactu. Continuo idẽ contingit in ſimulachris ijs: q̄ imp̄mi tanq̃ʒ veſtigia nr̃o aĩo diximus. Cum primũ eñi ab vno aliquo eorũ excitata mẽs eſt mouet̃ cõtinenter a ꝓximo: atq; illud alteri ſubinde originẽ mouendi eã preſtat. Exẽpli grã. incidit mihi aliqñ ob oculos Coriſcus cũ lyra: ab eo tempe ſimulachrũ Coriſci ⁊ ſimulachrum lyre impreſſum ⁊ conſignatũ in aĩo meo eſt: bono poſt tempe video Socratẽ inſtitui lyra ⁊ fidibus canere: ita ſtatim fit: vt lyra Coriſci mihi veniat in mentẽ: deinde ſubeat ⁊ ꝑſona que cecinit. Hoc ⁊ alio exẽplo docebimus. Audiſtin vnq̃ʒ q̄ modulos eos ɜcineret. Animule due vagule migrabãt cute poſita. Et hec ꝯ illa queſyt. Que nũc abitur in loca? Mox ſi aliqð poſt dieculis alterũ audias eiſdem quidẽ fere numeris ſed alijs verbis canentẽ: mẽs me prima ſubleuat mox deuerſus reprimit extemplo ſcribit aurẽ ſimilitudo concentus: atq; ita memineris cantilenã priorẽ animule due vagule ⁊ etiã cantoris.

¶ Ex principio ſimili vel diſſimili aut proximo reminiſcẽtia oriri. Cap. v.

Et ita quõ ſint neceſſe eſt vt ea diſtinctio recipiatur imaginũ alias natura ſua proximas ſequenteſq; eſſe hoc modo: qui meminit ignis intelligat etiã calorem oportet: ⁊ is q̄ ceſus a Socrate eſt: quotiens meminit ſe ex ſua ſocrate quaſi neceſſario in memoriã quo loci in quo plagas tulit: refertur. Alias que nõ neceſſario ſed ex conſuetudine cõſequant̃: ⁊ q̄ nõ ſemper ex priorum ⁊ antecedentiũ memoria: ſed ꝓpenſius ⁊ maiori ex ꝑte ſuccurrãt. Verbi cã: accedit ſepenumero: vt enixe cupiens efferre hoc verbũ lupcalia: quaſi exciderit nõ poſſim. Igitur tenere id volẽs refero me frequẽter ad lupum: q2 vtrãq; dictionẽ. lu. ſyllaba incipit: ita hoc cõponẽdo efficitur: vt accepto ꝓnũciatoue lupi noĩe: ⁊ ex nota illa ſtatim lupcaliũ cõmonear. Alter ſolitus obliuiſci tauro minũ aſſueuit in noĩe tauri. Alter itẽ cui hoc nomẽ pleurites: q̄ laterũ dolor dicit̃ cõtumax eſſe cepit retractare ſeipſus nomẽ pleure: que latus ſignificat: vt habito initio eo transferret̃ ad id qð cõtinẽdum erat. In ijs igit̃ vt dixi nõ ſemꝑ redeunt ſimulachra que ſemel exoluerint: ſed aliq̃n do ẽ: vt q̃ʒuis nomen lupi retineas: tñ recordari lupcaliũ nõ poſſis. Illud ſcio poſſe cõtingere: vt q̄dã ſel' appellati executiq; fidelius ⁊ firmiꝰ ſeruẽt: q̃ʒ alij ſepius: ex quo oritur vt nonnulli facilius recordentur que vice ſimplici viderint q̃ʒ que centies.

¶ Reminiſcentiã aliquando prodire ſine principio: aliq̃n do ex principio non poſſe erui. Cap. vj.

Quem ergo aliquis reminiſcit̃ neceſſe eſt moueatur q̄buſdam prioribꝰ antegreſſiſq; motibus q̄uſq; ad eum motũ ꝑueniat: poſt quẽ motus hic. i. reminiſcẽtia ſequi ſolet ex aſſuetudine atq; exercitatione. Quapropter ex hoc nũc aut alio p̄ncipio venamur cõſequẽtia ⁊ proxima: ita vt reminiſcentia argumento ſimilium diſſimiliũ ꝓpinquorũ ⁊ cõſimũ inducantur. Mouẽt porro quedã ex his pari: modo quedã ſimul: quedam parte: verbi gratia: aſpicio lyrã depictã. Ab ea vt p̄ore ⁊ precurrẽte cõmoneor lyre Coriſci: quã ſuperiore anno viderim: atq; ex hoc rurſũ reminiſcor cantionis eius quã Coriſcus cecinerit. Sane frequẽs vt nõ occaſiõe modo hac: ſed etiã pluribus alijs venire mihi poſſit in mentem ⁊ lyre ⁊ carminis Coriſci. Si ei ſimulachrũ columne iunctuʒ fuerit ſimulachro cantilene: recordatio columne memoriã cantilene ſuppeditat. Ex ſimilibus q̄ʒ ⁊ diſſimilibus vt dixi multa reuertũtur in mentẽ. Ex ſimilibus hoc modo: vt ſi quomodo Socratis ſtatuã videro admoniar Socratis. Ex diſſimilibus: vt ſi candorem intuitus recorcordatuſue nigritiã meminerim: aut ſi eſtu temtatus ſubeat algoris memoria. Ex propinquis q̄ʒ ita elicit̃ reminiſcentia: vt ſi quis ex eo initio. Multis copijs viri athenienſes preoptare vos puto: reminiſcatur v̾borũ q̄ ſequuntur. Si conſtare poſſet quid potiſſimũ hoc tp̃e ciuitati conduceret: Precipuum itaq; atq; efficaciſſimũ in quaq; re principium eſt: quo inuento reliqua nullo labore ſuccurrunt. Pricipio ſiquideʒ habito cetera quaſi nexu quodã ⁊ vinculis inuiceʒ aſtricta vltro ad ſeriẽ confluunt.

¶ Eandẽ rõnẽ eſſe reminiſcẽdi vetera ⁊ recentia: itẽ ordinẽ rerũ vſui eſſe reminiſci volẽtibus. Cap. vij.

Quod ſi aliquãdo cõtingit: vt principio rei cõperto ⁊ p̄ma parte orationis obtenta nihilominꝰ cetera nõ ſequãtur: nõ eſt cur quiſq̃ʒ miretur: quoniam hec ſi penitus dilapſa oblitterrataq; ſũt certe ſequi etiã requiſita nõ poſſunt. Igitur inueſtigando ij: quibus q̄d excidit reminiſcũtur ex aliquo horum que diximus ſupra: ſimili diſſimili: finitimo cõſequenti. At ſi que ſunt: que interim non requirentibus nobis ſed ſepe reddant atq; offerãt ſeſe: fateri neceſſe eſt: ea nullo ex principio aut ſuggeſtione ſimilium diſſimiliuʒ: conſequentium finitimorum agnoſci. Ut ſi recordatus quiſpiam numeri quẽ ceciniſſet. Coriſcus reminiſcatur anterioris: certe ijs nullo huiuſmodi p̄ſidio vſus videt̃ in hoc: vt reminiſceretur anterioris. Ceterum hoc inſolens eſt nec temere paſſim fit. Fere enim antecedere quidam motus ſolent quos reminiſcentia conſequatur.

¶ Aliud eſſe reminiſci: aliud iterũ diſcere. Itẽ vltimũ motum eſſe ꝑ quem reminiſcentia eliciatur. Cap. viij.

Plane quõ de reminiſcẽtia agitur nõ perinde id ſpectandum eſt: quẽadmodum remotas a nobis res ⁊ tanto ex interuallo repetitas: q̃ʒ quomodo proximas agnoſcamus: ⁊ quas pauloante ſenſu mouerimus didicerimuſq;: vtpote in quo maior ɔtrouerſia ſit. Nã qð ꝓpinque ⁊ recens accepte aĩo ſunt magis periclitantur: vt quõ has meminimus diſcere videamur q̃ʒ que nobis pridẽ intellecte ⁊ cognite fuerint. Sʒ vnꝰ tñ reminiſcendi hec mos ⁊ ratio vtriuſq; generis eadem videtur. Naʒ quẽadmodum ea que nobis proxima ſunt ex principio aliquo: cui connexa ⁊ cõſequẽtia ſint reuocãtur in mentem: conſequunt̃ enim vt dictum eſt ſeſe propter conſuetudinem motus: ita et ea que a noſtra memoria procul abſunt: ⁊ que multo ante didicimus initio quodã mo,

ius accepto ſolent ſeſe reddere atq; immemoriã reuerti.
Quapropter om̃is reminiſcẽtia ex pncipio potiſſimũ pẽ
det:atq; inde ſũma celeritate abſoluitur. Quãobrem eo
eum quo res inter ſe collocate z digeſte ſũt:ordinẽ: mot⁹
earum in anĩo videntur tueri:z ea itẽ facile memoria con
tinentur q̃ notatione z diſpoſitiõe diligenti ſunt pſcripta:
vt ppoſitiones mathematice preſertimq; geometrice: cõ-
tra que temere habẽtur congeſta z confuſanee:ac paſſiue
diſperſa:egre cuſtodiuntur. Nã queadmodum ſenſilia q̃
coitu certo z diſtributione quadã iuncta illigataq; ſũt:ex-
quiſite illaborateq; incernũtur:ſecus ſi in cumulum z ac
eruum coiecta z indiſtincta viſanf: ita de ſimulachris ai
ſtatuendum ac ſentiendum videf.

e Si v̊o differẽtia inter reminiſci z iterũ diſcere et
omnino aliud diſciplina eſt aliud reminiſcẽtia.
Is qui reminiſcif ab ipſo ſe mouef:z ex pncipio
quodã incolumi z manente intus luſtrat z veſti
gat innexa z iuncta principio. At qui addiſcit nõ ex ſe ſed
a preceptore docenteq; mouef. Itez is qui remiſci vult q̃z
uis ei:ſimul collibuit:aliquid reſcire nõ ſemp ad iuſſuz oc
currat:tamẽ verſando z ſatagendo inuenire ac reponi in
memoriã eius:qð volebat:ſolet. Hoc autẽ motu multo et
diſcurſu multo cõtingit: quoaddum pueniaf ad motionẽ
eam poſt quã id ſequif qð requirebatur. Nam queadmo
dum ſtillicidia multa que pceſſerint: lapidem nõ ipſa cõ-
minuũt incauãtue:ſed quaſi ſubigunt z molliunt. Poſtre
mum diſcobinant inforãtq;:ita iudicandũ in corde ẽ:mul
tos id patitur motus ante q̃z id qð querim⁹ teneaf: ſed ſũ-
mus z vltimus motus ipſe pſentat rẽ:quã cõſeqni memo
ria volebam⁹. Eſt igif reminiſci mouẽte quãdã facultatẽ
hre iſitã:facultatẽ voco reliqas illas itriſec⁹ ɔtentas i aio
que mentẽ appellant z excitã ad inſtaurandum z recupe
randum in qð perierit vanueritq;. Hoc in ſeipſo quiſq; ſe
picule cõmittit experif q; intimo vt dictũ ẽ z idigete motu.

Ex qualibus locis principijſue memoria rerum amiſſa
facile reuocetur. Cap.ix.

q Uãobrẽ tale principium accipi debet cui celerri
me ad reminiſcẽtiã loci reſpondeãt. Locos vero
aut initia eſſe in anĩa oportere dicimus: qui aut
iugatis:ſimilibus contrarijs conſtent: quales in
dialecticis cõmentationibus monſtrantur: aut qui corpa
les ſũt z certa ſede diſpoſiti collocatiq; iteruallis. Atq; id
cauſe erit vt cito ex vna re in memoriã alterius veniatur.
verbi gratia. ex lacte in candorem:ex candore in aerez:ex
aere in humorẽ:ex humore in autumnum:ex autumno in
brumã:que id erat ſummum:cui operam dabatur vt i me
moriam rediret.

In reminiſcendo id qð medium eſt maximum habere
momentum. Cap.x.

e Ane videtur vere in om̃i genere id qð in medio
eſt rationẽ tenere: principij:quo inuento facilli-
ma traditu z compertu ſunt reliqua. Uerbi gra-
tia. aſcribunf littere octo. a. b. c. d. e. f. g. h. quibus
indicenf z reſpondeant octo notiones:per quas itura ſit
mens:dum aliquid veſtigat:cuius rei vſus ſit: reminiſci.
Littera. E. in meditullio eſt:ea obtenta ſi nõ continuo ſuc
currit qð veſtigat:ſaltem ſimulatq; ad. H. peruenerit:ſuc-
currat id oportet. nã quomodo primum occupata medie-
tas eſt: z priora z poſterio. inuadere iuxta poſſumus: ſed
et nihil phibet quin z retro agere liceat z a media in vtrã
q; partem diſcurrere velicatim z prepoſtere. Naz et poſt
litteram. E. ſaltuatim intelligere litterã. H. z ab. H. ad. F.
regredi tranſiliendo interpollandoq; poſſumus deinde
referri z reciprocare ad. B. Si igif ea res quã ſcrutamur
in prioribus fuerit:occurret itinere eo qð regit ad. H. Si
v̊o in poſticis:dabif obuia cõtrariã viam tenenti:que du-
cit ad. A. Notiones v̊o quarum hec ſũt ſymbola hec ſunt.
Athene. Licium. Edes Platonis. Calende. conuiuium.
Socratis. vapulaſſe a Socrate fidicula.

Q; interdum reminiſcamur interdum non:item cur ali
qñ plus mouent veteres q̃z recentes imagines. Ca.xj

q Uod ſi accidit vt ex vno pricipio interim ſequã
tur hec:interi nõ ſequantur:ea cã eſt: q̧ ex eodẽ
principio multi motus dependẽt. Exempli gra-
tia exili poſſumus in notitiam morbi iliaci z ilei
reuerti. Q; ſi frequẽtior ibi vſus fuerit ilei:q̃z iliaci: illuc
potius ex eo principio rapieris attollerisq;. Nam z que ni
tida ac ſplendida ſũt amplius quã que ſquarroſa z obſcu
ra oculos in ſe conuertũt. Poteſt z alia ratio hec eſſe q̧ ſi
mulachrum alterum vetus alterum nouitium habeatur
qð nouitium eſt validius cõmouet ceteris partibus:naz ſi
id qð vetus ſenectumq; eſt: ita in animo alte inhereat vt
in habitum ceſſerit eoq; tritum ei perfamiliareq; ſit. Hu-
ius meditatio vicẽ frequentis z recẽtis memorie obtinet.

Q; erret interim reminiſcentia z quomodo faciat ſoloeciſ
mum. Cap.xij.

q Uemadmodum v̊o quedam ſimulachra ita ſunt
commiſſa cognataq;:vt alterum poſt alteruz na
turaliter z neceſſario conſequatur: poſt ignẽ fer
uor: poſt ſolem ſplendor:ita quedam ſunt q̃ non
natura:ſed quadã cõſuetudine confluant. Porro in quo
multi z frequẽtes ſumus: z in qð aſſueſcimus: huius no-
bis minimo minus naturam facimus. Proide ſicut in na
tura nõnunq̃z euenta proueniunt quaſi progreſſiones q̃
dam z errata nature: ita in ijs que ab vſu z conſuetudine
prodeunt nihil vetat peccata quedã ſpectari vt cui in pri
ore antegreſſoq; cedit:pſpere i poſteriore z ſequẽte deui
us labatur. Et loco iliaci in notitiam ilei deflectat:propte
rea ſolet cõtingere vt quomodo alicuius nominis memi
niſſe volumus:in alterũ qð querimus vicinum offenda-
mus:itaq; oberrantes tunc quaſi ſoloeciſmuz cõmittim⁹.
Uerbi gratia volebam reminiſci Leophantem ſuppoſi-
tus eſt:pro eo:Leoſthenes ſoloeciſmus eſt hactenus de re
miniſcentia priuatim dictum ſit.

Communia memorie z reminiſcentie:in omni memoria
et reminiſcentia neceſſario adhiberi tempus aut certum
aut incertum. Capi.xiij.

n Unc vt generatim atq; in vniuerſum de memo-
ria z reminiſcentia diſputemus: noſſe oportet:
caput z cardinẽ in ambabus eſſe notitiaz tempo
ris:ſiue illud certum conſtitutũq; habeatur:vt ſi
id qð modo memini reminiſcorve:aut heri aut ſuperiore
menſe aſpexerim:ſiue incertuz indefinitumq;: vt ſi id qð
memini qðve remiſcor vtcũq; pri⁹ didiceri:aut diu ſit q̧
audierim viderim noueri. Alioquin niſi cõcedaf ſcienti
am temporis ad vtrãq; motionem pertinere neceſſe eſt:
vt hoc qð modo meminiſſe aut reminiſci dicimur:nec me
miniſci nec rem iniſci eſſe videatur:ſed cognoſcere tãq̃z
e domo z ſacrario pectoris nũc primum promentes.

Uim ſenſualem eſſe que intus iudicet de pluri minoriq;
tempore. Capi.xiiij.

p Orro de pluri mĩoriq; tpe int⁹ iudicat ea vis aie
ſenſibilf:q̃ ſedẽ hz i corde:qnẽadmodũ ei q̃tiẽs i
telligẽtia magnitudies pſpicit:ñ pcedit foras:quẽ
admodũ aliq de viſu dixerũt:quẽ pliq̃is egreſ-
ſiſq; a ſede luminũ radijs abſolui reddiq; autumãt:ſz ope
raf itus z effigies magnitudinũ i imagin atõe depoſitas
z iacẽtes excitat velicatq;:qd ſi hz nõ ſit de magnitudie ab-
ſeute pnũciare nõ poſſet:nũc pnũciat. Et ſane merito ni-
hil aliud ẽ itelligentia q̃ dianea dicif q̃z cũ imaginatione
actio intellectus cõiuncta. Eodẽ mõ de pte illa aie ſenſua
lis dicẽdũ eſt:vt de breuitate z longitudie tpis itrinſecus
decidat:z ab imaginib⁹ inteſtinis ad id pellatur.

Que differẽtia inter memoriã z remiſcẽtiã totius z pnũ
ſit:item vniuerſalis z ſingularis. Cap.xv.

q Uom v̊o i mẽoria vniuerſe alicui⁹ rõis pticlares ora
tiũcule pſiſtãt:neceſſeq; ſit:vt q̃tiẽs ãbitũ aut circũ-
ductuz aliquẽ longiuſculũ memorif tenem⁹:ptes q̃z ei⁹ et

UVA. BHSC. IyR_086_3

clauſulas memoria contēplemur. Cōſtat enim integritas oīs ex partibꝰ: partes hoc loco ſunt mēbra ⁊ inciſa. Que ro reminiſcētia vniuerſalis a particulari quo differat? An quom in memoria totius contineatur ⁊ pars: ⁊ in memoria vniuerſalis cōprehendatur ſingulare: neceſſe eſt vt partes prius q̄ꝫ totū occurrant: ⁊ que minora ſunt queqꝫ ab vtro qꝫ margine intra vniuerſitatē habent: q̄ꝫ que his cōtraria ſunt: quecunqꝫ enim ita ambiunt intuſqꝫ ſunt ꝓportione quadā extremitatibus reſpondent: quatenus mutuo pro ximant ⁊ ſequunt vt Platonis verba illa in thimeo. Dij deorum quorū opifex idem paterqꝫ ego: opera ſiquidem nos mea diſſolubiles natura: me tātū ita volente īdiſſolu biles. Omne quidē iunctū ⁊ concretum natura diſſolubi le eſt. At vō quod bona rōne iunctū atqꝫ modulatū eſt: diſ ſoluivele non dei. Quapropter quia facti generatiqꝫ eſtis īmortales quidē nequaq̄ꝫ nec omnino indiſſolubiles: nec tamē vnq̄ꝫ diſſoluemini: neqꝫ neceſſitatem fati ſubibitis: quia volūtas mea maior eſt nexus ⁊ vegetatior ad eterni tatem cuſtodiendā: q̄ꝫ illi vitales nexus: ex quibus eterni tas veſtra coaugmentata atqꝫ cōpoſita eſt. Igitur vna cū ipſo toto intelligunt partes: nam verba illa in fronte: dij deorum extēplo ſe offerunt: que intelligentia ſequentium excipit. Et hec rurſus intelligentia reliquorum. Ita po ſtremū qd intelligētia capit: ipſum totū eſt: nam ſingula ria ſimul collata acceptaqꝫ ipſa integritas redduntur.

¶ Semꝑ reſpōdere conceptioni rerū conceptionē tēporꝭ ſiue certum id ſit ſiue incertum. Cap. xvj.

c Erte modus qui in rebus ⁊ notionibus cerni tur accommodandus ⁊ querendus in tempore eſt. Nam ſicut tempus annectitur et copulatur tum rebus: ita et cognitio iungatur neceſſe eſt. Proinde vt minor res ſe habet ad maiorem: ita ⁊ minus tempus ad maius: ⁊ pectinatim: vt tota res ad tempus to tum: ita ⁊ partes ad partes. Atqꝫ hoc ex deſcriptione ſub iecta conſtabit. Conſtituantur duo triangula in mucro nem inferiore angulo turbinata: ſed ita vt alterum in alte ro contineatur. Id quod continet: ſignetur notis tribus. R. M. N. Id quod continetur alijs tri bus. A. B. E. Linea vō. AB. ſecetur ad punctum. C. ⁊ ad pun ctum. E. ⁊ a ſegmen tis linee perpetue in alterum eiuſdem tri anguli id eſt minoris latus quod contra uerſim reſpondet ad pares angulos: du cantur vocenturqꝫ li nea prior. C. D. po ſterior. F. G. eodem modo ſecetur linea.




R. M. ad punctum. H. ⁊ ad punctum. L. et a locis ſe ctionum linee perpetue in alterum eiuſdem triangu li id eſt maioris latus quod e regione reſpicit: dirigan tur nominenturqꝫ ſuperior linea. H. P. Inferior. L. R. atqꝫ hoc ita vt ſectiones vtriuſqꝫ trianguli in eaſdem de liniationes concidant. Ac breuius quidem ⁊ interius tri angulum referat nobis res: quas intelligimus. Extimum vō ⁊ amplius: vice eius temporis ſit: quod ſimul cum ip ſis rebus ⁊ notionibus ſentitur. Quemadmodum igitur qui lineas. AB. et. BE. tranſijt: videtur ſimul lineas. AC. et. CD. tranſiſſe: vtpote que interiores ſint ⁊ contine antur in. AB. et. BE. ita qui lineas. AC. et. CD. peregit: videtur ſimul lineas. AE. et. FG. peregiſſe. Que enim collatio habetur linee. AC. ad lineam. AB. eadem eſt li nee. CD. ad lineam. BE. nam proportione ⁊ parilitate conſentiunt inter ſe. Unde etiam cancellatim et vicibus commutatis ſicut refertur linea. AF. ad lineam. AC. ita refertur linea. FG. ad lineam. CD. retroqꝫ. Ita relinqui tur: vt quemadmodum is qui cognoſcit lineas totas. AB. et. BE. ſimul cognoſcat lineas particulares. AC. ⁊. CD. Ita ⁊ ij q lineas. AC. ⁊. CD. itelligit: ſimul quoqꝫ lineas AF. ⁊. FG. intelligat neceſſe ſit. Eodē iure ſtatuendum de triangulo tēporis eſt. Nam q lineas. RM. ⁊. MN. confe cit: videtur lineas quoqꝫ. CR. et. HP. confeciſſe: ⁊ item lineas. RL. ⁊. LR. Porro linea. RM. ⁊ linea. MN. tē pus illud preſentāt: qd reſpōdet rebus: q̄ ꝑ lineas. AB. ⁊ BE. in minore triāgulo indicant: vt intellectu eaꝝ tēpus hoc annexū accipiamus. Rebus vō que per lineas. AC. ⁊. CD. notant miniſtrat tpˢ: qd ꝑ lineas. RH. ⁊. HP. de ſcribit. At negotijs q̄ linee. AF. ⁊. FG. ſignificāt: apponit tēpꝰ: qd ꝑ lineas. RL. ⁊. LR. ſignat. Ita fit vt ſimul ⁊ res ⁊ tempus ſocietate quadā ꝓportionis noſcant. Ex ijs late patet eos qui recordantur aut reminiſcuntur: ad intelli gentiam generum eorū que recordantur atqꝫ reminiſcū tur adiungere tempus ſuum ſolere.

¶ Dupliciter ⁊ falli eos q meminerūt aut reminiſcunt. itē tria adhiberi ad verā memoriā ⁊ reminiſcentiā: rem tem pus: animaduerſionem. Cap. xvij.

m Emoria dupliciter labitur. Primū ſi eorū q̄ re colenda ſint imagines cōmutet: vt ſi contēplatus imaginē Thexteti imaginē Socratis dicas tāc ſi tūc videberis meminiſſe Socratis tū Thexte tus eſt quod vides. Nihil enim vetat quin errare hoc ge nus poſſis: ⁊ meminiſſe qd non memineris credere. Al tero modo fallitur memoria: cū ita accidit: vt cuius re ve ra meminimus: non tamen meminiſſe nos aduertamus motione aut morbo aliquo impediri. Quod quidē ⁊ ijs vſu venit: qui in aliquid impenſius intenti quaſi obcecata co gitatione ⁊ abducto intus viſu: apertis atqꝫ integris ocu lis non cernunt ea: que ob os verſantur. Atqꝫ ij quidem ſomniantibus ſimiles vident: q ſomniare ſe nō ſentiant. Non erit igitur recordatio aut reminiſcentia niſi tria hec cōcurrāt: negociū qd moueat: tēpus qd negotio reſpōde at: ⁊ aīaduerſio. Sane tēpus modo finitum certumqꝫ vt dixi: modo infinitū ⁊ incertū adiungitur: Certū: vt quom diſputaſſe me pridie memini. Incertum vt quom ſimplici ter diſputaſſe me recordor: iudiciū vt ſit ita: eſt qd conſue uit vulgo dici. Equidem memini factum: ſed quando non memini: ꝙ tum ſolent qui ſe cauſis ſubſignant: cū ijs de tē pore facti non conſtat.

¶ Hactenus cōmunia memorie ⁊ reminiſcētie: nūc differē tia ⁊ diſcrimen earum. item ꝙ ſolus homo reminiſcendi vim habet. Cap. xviij.

o Iximus ſupra nō eoſdē haberi q facile recordē tur ⁊ q facile ⁊ bene reminiſcātur. Diſtat vō me moria a reminiſcētia nō ſolum in eo: ꝙ prior tpe memoria q̄ꝫ reminiſcētia eſt: ſed in eo quoqꝫ: ꝙ complures animātes memorie participes ſunt. Remini ſcentia ſoli homini cōceſſa ex numero aīaliū oīm que ab hoc eui comperta nobis ſint: nā parte q̄ꝫ cogitamus ratio cinamurqꝫ eadē ⁊ reminiſcimur. Et queadmodum ſyllo giſmus id eſt rōcinatio ꝓpoſitionē ꝓpoſitiōi id eſt intētio nem aſſumptioni cōnectit: ita ⁊ is q reminiſcit minora ma ioribus copulat. Qua vi autē ſyllogiſmi dicunt ad eandē exquiſitio ꝑtinet. Exqſitio porro ijs data animantibus ꝓ pria eſt: qbus cōſultādi deliberādiqꝫ ratio. Ijs ergo qbus reminiſcentia tribuit tribuēda etiā cogitatio ⁊ cōſultatio eſt. Solus homo cogitat ⁊ cōſultat. Solus igit reminiſcē di vim obtinet. Nam ⁊ inter initia hoc diximus: remini ſcentiam ad rationē ⁊ intelligentiā pertinere. Conſulta re autem ⁊ cogitare virtus alia eſſe poſſit q̄ꝫ mens: animꝰ: ratio intellectus.

¶ Memoriā ⁊ reminiſcentiam eſſe corporeas affectiones. item non eſſe illas in noſtra poteſtate. item melancolicos potiſſimum hoc genere tentari. Cap. xix.

c Eterum ꝗa ſine imaginatiõe reminiſci nõ poſſumus: ꝓpterea ⁊ ſimulachra ⁊ ſpiritus que in corde ſunt reminiſcentiam cõmouēt: neceſſe eſt hec corporalis affectio ſit: ita reminiſcētia dicaꝛ motus intelligētie in tali viſo. Quemadmodū eniꝫ quiꝫ librū vult preeligere neceſſe eſt in ea ſe vertat que in libro ſint perſcripta: ita de reminiſcentia ⁊ intelligētia iudicandū eſt. Intelligētia cõparaꝛ legenti. Cor. libro. Viſa ⁊ phātaſmata litteris diximus: ⁊ hoc olim memoriā ⁊ reminiſcentiaꝫ corporales motus eſſe: cuius rei ſigno eſt: ꝙ ſepe nobis q̃zuis aliud magis ſuſpicantibus cogitatio aliqua de repente obrepit: quam intercidere aut reprimere nullo conatu poſſumus: quin deſiſtat procedatq́ꝫ pertinax: ⁊ invitiſſimus nobis erumpat: ꝓhinc ſimul humor in corde adagitari cepit: qḋ fit quotiens reminiſci aliquid conamur: euenit: vt facili preterea ſiſti ⁊ ſufflamari non poſſit. Ergo perinde afficimur ac ſiquis nos raperet tranſuerſos: ⁊ q̃zlubet pugnātes in ſe conuerteret. Tentantur validiſſime hoc morbo melāconici biliosiq́ꝫ. Sunt enim permobiles propterea: quia ſpiritu multo ⁊ craſſo concepta cula cordis ſui habent referta. Quom primū igiꝛ imago aliqua in ijs excita eſt: ſtatim exagitanꝛ alie cõſequio ⁊ faſceatim ac turmatim ꝓſiliūt: ꝓpter mobilitatē humoris q ſitus in corde eorū eſt. Sed ⁊ illud ꝓbat memoriam aut reminiſcentiā iuris noſtri nõ eſſe: ꝙ nec quodcūq́ꝫ collibunt: nec quotiens collibitum eſt: reminiſci ſemꝑ poſſumus. Quamobrem vt miſſum telum ſiſtere aut reuocare non licet: ita quõ reminiſci ⁊ veſtigare aliquid volumus: neſcio quid corporeum cõmouemus: cui affectio hec cõmiſſa mandataq́ꝫ eſt: nec vltra partes noſtre vlle ſūt: nec enim per ſe moueri aliquid poteſt qḋ incorporeuꝫ ſit: ita ratione recta factū eſt: vt motū eū rumpere: cū quis velit: in ſua manu nõ habeat. Et quēadmodū querēti locuꝫ in codice vt legat: nõ ſatis eſt adire apireq́ꝫ: aut ſcedas euoluere: niſi id quoq́ꝫ qḋ querit inueniat: ita de intelligētia et ſimulachris dicēdū que in corde ſeruanꝛ: vt tametſi ea q̃z lubet tractes verſeſq́ꝫ: reminiſci tamen nequeas niſi in illa ipſa offendas que regris. Unde vt dixi euenit. vt ij maxime imaginoſi cogitabundiq́ꝫ ſint: in quibus redundantior vis humoris ſtagnat ea ſede in qua imagines rerum locantur. Non enim facile tranquillantur agitatõe ſemel inita ⁊ quouſq́ꝫ aſſequenꝛ ⁊ continuentur ea que volunt: recto inceſſu ſcaturiūt: identidē ⁊ ſuboriuntur imagines. Quamobrem ire in illis ⁊ metus ⁊ relique eius generis affectiones ſimul paulo commote irritateq́ꝫ ſunt: exacuunt accēdūtq́ꝫ ipſe ſe vltro: ⁊ vires obiter corrogant: conualeſcuntq́ꝫ: ita vt labore etiā ſomnio comprimi ſedari et extingui nõ poſſint. Exēpli gratia iudicat ratio iniuriam acceptam eſſe: cor ſtatim iracundia eſtuat: mox accenſione ſanguinis feruet: quo tanq̃z auxiliaribus copijs cõfirmatum recalefactumq́ꝫ retro concalefacit ⁊ exaſperat ſanguinem. Eodem modo metus contrarijs ex cauſis refrictu ⁊ contractu cordis perfectus non facile deponiꝛ. Qḋ ⁊ accidere ſolet ijs qui in cantibus paulo validius exuibriſſant: aut qui orationem proſam verſamve contenta et exerta voce pronuntiant. Jis q̃zq̃z in fine rõ ſua ſit: eoq́ꝫ et quieſcendū habeant: tamen vox impetu cõcepto ⁊ quaſi ex procurſu longius procedit: ⁊ ceſſantibus ijs aliquādiu poſt ſuperſtes eſt.

Quibus ex cauſis pomiliones pueri ſenes immemores ſint. Cap. xx.

c Et ex illi maxime īmemores eē deprehēſi ſūt: q bus ſupiora ꝓportiõe reliq corꝑis ſūt vaſta vt pomilionibꝰ: rõne qḋ vis ſenſus primatis grauata in ijs oppreſſaq́ꝫ pondere eſt: qḋq́ꝫ in tā obeſa ⁊ craſſa materia deſignari aut exprimi forme rex non poſſūt: ſed q̃ſi fruſtranꝛ ⁊ diſſiliūt plage: nec initijs mõ imaginibꝰ ꝑduri ⁊ ſpiſſi ſenſus reſiſtūt: ſed ſi q̃s ob inſignē earū pulſū admiſerint hauſerintve: nõ ita videnꝛ admittere vt cū reminiſci volūt: facile ad īperiū ſubeāt: aut recto itinere ad cõditū ſequanꝛ. Sane admodū pueri ⁊ admodū ſenes iõ īpotētes mēorie ſūt: qḋ ī motu ꝯtinuo verſanꝛ. Pueri ꝓpter natiuū cremētū. Senes ꝙ aſſidue minuūꝛ. Nā in pueris ⁊ illa rõ ē: ꝙ ꝑ aliquot annos ſikes nanis exigūt.

Peroratio. Cap. xxj.

d E memoria: ⁊ qd ſit meminiſſe recordariq́ꝫ: ⁊ de tota ea nā: ⁊ de ꝑte aīe cuiꝰ illud officiū ē. Jtē de reminiſcētia: ⁊ qd ſit remiſci: ⁊ mēoria quēadmodū redintegreꝛ repareꝛq́ꝫ amiſſa: ⁊ vn̄ ꝓficiſcaꝛ dictū.

Tabula in libros Themiſtij de Memo. ⁊ Remi.


Nõ eoſdē facile meminiſci q facile reminiſcanꝛ. Cap. j.
Futura ⁊ preſentia ad memoriā nõ ꝑtinere. Cap. ij.
Sola preterita eſſe ſubiecta memorie. Cap. iij.
Quēadmodū ī oī mēoria adhibere tps opteat. Cap. iiij.
Que bruta habeāt memoriā: ⁊ q̃ differētia inter memoriam brutoꝝ ⁊ hominū ſit. Cap. v.
Quēadmodū memoria ītelligibiliū rerū ſit: ⁊ in quo diſtet memoria rerū ſenſibilium. Cap. vj.
Qui vſus q̃ztitatis intelligētibus ſit quom res etiam nõ quāte intelliguntur. Cap. vij.
Quõ res q̃zte ītelligāꝛ: q̃ differētia īter id ſit qḋ ſibi ītellectꝰ fingit ⁊ id qḋ imaginatio ſibi preſentat. Cap. viij.
Quas ad res ītelligēdas vtilis imaginatio ſit: ⁊ ad quas inutilis. Cap. ix.
Qḋ memoria nõ ſit vis ⁊ affectio intellectus ſed partis dumtaxat ſenſilibus. Cap. x.
Quāobrē recordemur rerū abſentium. itē imaginatõeꝫ proprie non eſſe ipſum ſimulachrum ſed actum virtutis imaginantis. Cap. xj.
Que tēperature ingeniorū recordari idonee ſint ⁊ que non idonee. Cap. xij.
Queſtio ꝙ quotiēs meminimus nõ eius potius ſimulachri meminimus quod habeꝛ in nobis preſens: q̃z eius quod a ſimulachro refertur. Cap. xiij.
Unde eueniat vt ea que quis meminit aliquādo meminiſſe ſe neſciat. Cap. xiiij.
Unde ſit vt ea q̃ quis imaginatur fingitq́ꝫ aliquādo meminiſſe ⁊ recordari ſe putet. Cap. xv.


Tabula ſecundi libri.


Reminiſcentiā non eſſe apprehenſionē diſcipline neq́ꝫ renouationē vniuerſe memorie: ſed partis eius cuiꝰ quis eſſet oblitus. Cap. j.
Reminiſcētiā ſimplicium nõ eſſe niſi perraro. Cap. ij.
Reminiſcentiā induci per multos motus qui ordinē et conſecutionem habeant. Cap. iij.
Quedaꝫ ſimulachra neceſſario ſequi: quedam ex ſue factione. Cap. iiij.
Ex principio ſimili vel diſſimili aut proximo reminiſcētiam oriri. Cap. v.
Reminiſcentiam aliquando prodire ſine principio: aliquando ex principio non poſſe erui. Cap. vj.
Eadem rationeꝫ eſſe reminiſcendi vetera ⁊ recentia. itē
ordinem rerum vſui eſſe reminiſci volentibus. Cap. vij.
Aliud eſſe reminiſci aliud iterum diſcere. item vltimuꝫ
motū eſſe per quem reminiſcentia eliciatur. Cap. viij.
Ex qualibus locis principijſve memoria reꝝ amiſſa facile reuocetur. Cap. ix.
In reminiſcendo id quod medium eſt maximum habere momentum. Cap. x.
Quod interdū reminiſcamur interdum non. itē cur aliquādo plus mouēt veteres q̃z recētes imagines. Cap. xj.
Qḋ erret interim reminiſcentia: ⁊ quomodo faciat ſoloeciſmum. Cap. xij.
Cõmunia memorie ⁊ reminiſcētie. in omni memoria et reminiſcentia neceſſario adhiberi tempus aut certum aut incertum. Cap. xiij.
Vim ſenſualē eſſe que intus iudicet de pluri minoriq́ꝫ tempore. Cap. xiiij.


UVA. BHSC. IyR_086_3

Que differētia inter memoriā ⁊ reminiſcentiā totius et partiū ſit. itē vniuerſalis ⁊ ſingularis. Cap. xv.

Semper reſpōdere cōceptioni rerū cōceptionē tēporū ſiue certum id ſit ſiue incertum. Cap. xvj.

Dupliciter falli eos q meminerunt aut reminiſcunt. itez tria adhiberi ad verā memoriā ⁊ reminiſcentiā: rem tempus animaduerſionem. Cap. xvij.

Hactenus cōia memorie ⁊ reminiſcentie: nunc differentia ⁊ diſcrimen earum. item ꝙ ſolus homo reminiſcendi vim habeat. Cap. xviij.

Memoriā ⁊ reminiſcētiā eē corporeas affectiōes. itē nō eſſe illas in noſtra poteſtate. itez melancolicos potiſſimū hoc genere tentari. Cap. xix.

Quibus ex cauſis pomiliones pueri ſenes immemores ſint. Cap. xx.

Peroratio. Cap. xxj.


## Hermolai Barbari. z. F. Patritij Veneti in libruz de Somno et Vigilia Themiſtij Ad Hieronymum Donatum. A. F.

Optaui tecum eſſe mi Hieronyme his diebus: quibus interpretationi noſtre in paraphraſim Themiſtij ſummam manum impoſui: vt coram communicare tibi omnia ea poſſem: ⁊ qđ tuum in ijs iudicium eſſet preſens intelligerem. Ac legiſti tu quidem olim hec ⁊ quod meminerim probaſti. Sed ſiue in peius effinxi: ⁊ vt ille inquit ab archetipo decidi: ſiue diſpendium lime non nihil ꝑfecit: certe in totum alia ſunt q̄z que vidiſti: ꝙ ſi affuiſſes tu: periculuz nō erat: vt ab ijs que cōmutaſſē detraxiſſē ve laberer. Alioqn in hec īpenſius ſtudiū contuli q̄z volebam. Proinde non dubito futuros: qui noſtram diligentiam cauillentur quaſi tantū cure argumentū ambitus ſit: ⁊ magne alicuius de ſe perſuaſionis q̄z profecto in me non ſunt. Nam ſeu ꝙ ſcimus hec anteludia quedam ⁊ quaſi crepundia eſſe ingenij noſtri: ſeu ꝙ maiora in hoc genere cogitamus: dici non poteſt: q̄z in ijs nec ſatiſfaciam mihi: nec placeam. Sed vtinam multorum error aut ſtirpitus velli aut alleuari poſſet: quibus cū ſe peripatheticos bonos appellent quia infantiſſimi ſint: nec latine loqui ſciant: nec grece (vt q̄z leuiſſime dicā) tam conuenit cum ea familia: q̄z ijs qui multis ſeculis ante Ariſtotelem fuerunt. Certe partim fando aſſiſtendoq̄z: partim ſcribendo ⁊ commentando daremus operam: vt quātum in nobis eſſet recognoſcerent ſe: ⁊ intelligerent eos qui a philoſophia eloquentiam ſeparant minutos plebeioſq̄z ⁊ plane ligneos philoſophos haberi. Nunc perſuaſio ea tā alte dedita in venas eſt: tam pertinaciter inheſit in viſceribus: tam difficilem callum obduxit: vt neduz nos qui nec auctoritate valemus: nec fere in doctrina quicq̄z promouimus: ſed q̄zuis etiam abſolutiſſimus: ⁊ qui omnia ad manuz innumeratoq̄z habeat: tantas radices ſuccidere aut medicinam adhibere egritudini tam deflere non poſſit. De quoquo niam plura paramus alia epiſtola: illud tm̄ dicturi ſumus: vt hortentur te: non vt tu cum ſtudijs philoſophie bonas litteras coniungas: quippe in quo ne admonitore quidez eges: ſed vt alios iſtuc exemplo ⁊ ſapientia tua compellas. Nec enim ꝙ in quibuſdam deplorata res videtur: ideo minus laborandum tibi eſt: tum ꝙ ſententia Hippocratis qui conclamatis ⁊ deſperatis negat admouendas manus: ad morbis animi referenda non eſt: ꝙ ij non ſemper incurabiles ſunt: tum ꝙ vt ratio iſta cum ijs nihil proficiat: ab alijs certe peſtem illam defendet. Infinituz enim quātas iacturas facture littere ſint: ſi non habeant qui huic labi obſiſtat. Nos quidem tempus omne qđ viximus ⁊ qđ deinceps deū voluntate victuri ſumus in illam curam deſtinauimus vt pro virili parte naturalis philoſophia cū ſtudijs humanitatis in gratiā redeat. Vale. Libellū de ſomno ⁊ vigilia: quez ad te vertimus: ſcio tibi pro tua in me beniuolentia non ingratiſſimum fore. Venetijs. MCCCCLXXX.

# ¶ Themiſtij Paraphraſeos Liber De Sōno et Vigilia: Interprete Hermolao Barbaro Patritio veneto.

¶ Queſtiones ad ſomnum ⁊ vigiliaꝫ pertinentes. Cap. j.

d E ſomno et vigilia conſiderãda hec arbitror. Primũ quid ſint ⁊ cui parti ⁊ poteſtati anime credita. Et vtrum ſoli aīe commiſſa vt priuate eius affectiones: an ⁊ corpori quoqꝫ promiſcua. Et quamobrem tributa animalibus ſint. Et vtrum vtrũqꝫ omnibus: an alteris hoc: illud alteri ſeorſuꝫ. Deinde quid ſit inſomniũ: ⁊ quot ij qui dormiũt modo ſomnient modo non ſomnient. Item vtrum ſomnient quidem ſemper ſed experrectos memoria non cõmittitur: an ſecus. Et hoc ſi eſt: quam ob cauſam ſit. Preterea ſint ne preſcita aliqua animi quieſcentis: nec ne. Et ſi ſint: qua ratione fiant vtrum ex eo numero ſint que aguntur ab homine: an quorũ cauſa ſit aliquis deus aut natura aut temeritas.

¶ In eadẽ particula ſomnũ ⁊ vigiliam collocari. Cap. ij.

p Rimũ illud haberi pro explorato debet ad eandem animalis partem ſomnum ⁊ vigiliam pertinere: tum ꝙ oppoſita inuicem ſunt: tum ꝙ priuatio eſſe intelligitur vigilie. Appoſita porro et extrema tam que artis ſunt: qꝫ que in natura ſpectantur: in eodem recipi ſolent: ⁊ eiuſdem ſubiecto affectiones videntur. Exempli gratia. Integritas ⁊ obleſio: tẽperies ⁊ intemperies: morbus ⁊ valentia in eodem corpore ſunt. Pulchritudo ⁊ feditas in eodem membro conſiſtũt. Firmitas ⁊ debilitas in eodem neruo cernunt. Viſus ⁊ cecitas in eodẽ oculo habent. Similis ⁊ in ceteris ſenſibus ratio. Item clarius ex ijs que ſequunt liquebit. Nam argumẽto quo vigilare aliquem cognoſcimus eodeꝫ ⁊ dormire deprehendimus. Vigilantem ſane cognoſcimꝰ: aut quia externo ſenſu aliquo: viſu: auditu: olfactu pellatur: aut quia inteſtina ratiocinatione cogitatione imaginatione. Senſus vͦo vice habitus eſt. Inſenſibilitas vice priuationis. In eodem igitur ſubiecto locanda hec ſunt. Ex quo illud qđ volebamus conficit ſomnũ ⁊ vigiliã eodem ſubiecto ſtratoqꝫ contineri.

¶ Somnum et vigiliam affectiones eſſe corpori ⁊ anime communes. Cap. iij.

q Uom autem ſentire ipſum neqꝫ anime neqꝫ corporis propriũ ſit. Nam ad idem genus tum actꝰ tum potentia pertinet: ſenſus autem qui in actu ſit: eſt quidam anime motus interuentu ⁊ comitatu corporis conualeſcens. Manifeſtũ eſt: affectionem hãc: dico ipſuꝫ ſentire: nec peculiarẽ aīe eſſe neqꝫ itẽ corporis propriaꝫ: quandoquidẽ corpus inanime nullã ſentiendi vim obtinet: ſed ſũme ꝑmixtioniſqꝫ. Porro quom vires aīe habeant diſtincte: ita vt altrix abiũcta a reliqs ſit: relique ſeorſum ab hac nõ poſſint conſiſtere: certũ eſt ea q̃ augent modo ⁊ minuunt vt arbores: dormire ⁊ vigilare nõ poſſe: q̃a ſenſu deficiunt: de cuius momentis natura ſomni ⁊ vigilie dependet. Nã ſenſus a rõne vitali: q̃ et vegetalis dicit eſſentia: ⁊ poteſtate interſtitio plurimo et manifeno diſpeſcit: etiã ſi non id conſtaret: vtrũ ſubiecto ⁊ magnitudine differrant.

¶ In animalibus omnibus ſomnum ⁊ vigiliam vitibus contingere. Cap. iiij.

n Am mihi a lunari circulo caducuꝫ ſubciſſiuum qꝫ eſt: ꝙ ſi ſomni ⁊ vigilie capax ſit: aut ſemꝑ dormiat aut ſemper vigilet: ſed vtrũqꝫ animalibus ſingulis tributum a natura eſt: nullum omnino animal pari eo caret: ſed tm̃ inanima. Quom de animalibus loquimur: ſemper excipiunt diuina. Nam eorum actio iugis eternaqꝫ nec triſtis oneroſave eſt: ⁊ vigilia in ijs omnis contrarij eſt expers. Nã ſomnus ⁊ vigilia vt ſepe alias diximus affectiones ſunt circiter cor: vbi domicilium optimatis ſenſus locat. Preterea quecũqꝫ naturalẽ aliquã functionẽ habẽt: ſimul pauloplus laborant q̃ ſua cuiuſqꝫ natura patit: egritudineꝫ ſentiũt: cumqꝫ preterea operari nõ poſſint dant manus ⁊ remiſſionẽ: quaſi laboris merent. Nam ⁊ veterina ſarcinis: ⁊ vie ſpacio defecta offendũt ſe terre: nec loris vllis aut fuſtibꝰ ad igrediẽduꝫ exurgũt. Legendo ſcribẽdo: edificando: demum agendo q̃dlibet: aut cõdendo: laceſſimꝰ: ⁊ motũ ſemper ſubſequitur ⁊ excipit reqes. Poſtremo oculi: aures: manꝰ: pedes: ⁊ relique partes officiales aliquando a muneribus queqꝫ ſuis ceſſant. Continẽter gerere ⁊ adminiſtrare nõ poſſunt: ſed ſpacio exacto inquãtum vires eoꝝ durare ⁊ ſufficere operi poterãt: vacationẽ quãdã feriarũ vice impetrant. Ceterũ quom ſomnus vigilie contrarius ſit. Cõtrariorum vͦo que interſtitio careant: ⁊ que ſibi per priuationẽ ⁊ habitũ reſpondent: ſi alterũ abeſt: alterũ adeſſe ſit: ſequitur: vt dormire animalia oporteat quotiẽs nõ vigilãt. Quãobrem quemadmodũ morbi aliq̃ peruigiliũ ⁊ īſomniũ afferũt: nam comperti ſunt q̃ nouẽ dies expertis ⁊ incõniuis oculis egerint: ⁊ quemadmodum hoc idem ſepe citra egritudinem accidit: vt gracilentis ⁊ prearidis: q̃ nature ſue ratione longas vigilias patinntur: ita ſomni copia interim inualentibus: interim valentibus contingit. Nam ex his q̃ febre tentant inuenti aliq̃ ſunt: quos altus ſopor in iuſtũ triduũ attinuerit. Paruuli vͦo tum propter cibos iunctũqꝫ: tũ propter humorẽ infantilis etatis lõgiſſimo ſomno vtunt. Hec ſi ita ſunt: quicq̃d ſomni capax eſt idẽ vigilie particeps ⁊ retro. Naꝫ ſi ſomnus q̃dã affectio eſt: ⁊ quaſi nodus ⁊ vinculũ ſenſus: ſenſus aũt oīs ſentire actu poteſt. Omnis vͦo potentia aliquando in actũ refert. Neceſſarium eſt: vt id quod dormit: ⁊ quod potentiaꝫ habet vt vigilet excitetur: omnino ⁊ actu euigilet. Ita nullus ſit ſomnus qui non poſſit rumpi ⁊ qui vt ita loquar expergiſcibilis non ſit.

¶ Quamobreꝫ animalia omnia dormiant plante non dormiant. Cap. v.

a Nimalia certe omnia Pedeſtria Volatilia Natatilia ſomno participant. Nam aquatiliũ genera: ⁊ ea que molli cruſta integunt ſoporari cernunt: ⁊ preterea quecũqꝫ oculos habent. Nam ⁊ quibus corneoli preduriqꝫ ſunt ⁊ inſecta dormire indicio ſilencij ⁊ cõticeſcentie credam apparet: q̃ꝫq̃ꝫ exiguum quidam talia: ita vt nos lateant plerumqꝫ. Vtrum vͦo ea quibus ſcilicet a teſta obducitur: dormiant: nemo quidem adhuc qđ ſciam fuit: qui viderit aut argumento aliquo notauerit: ſed ratione tamen perſuaderi id poteſt. Nam animal eo finimus ꝙ ſenſum obtineat. Somnus vͦo immobilitas et quodammodo pedica et obligamentum eſt ſenſus. Contra exolutio eius vigilia eſt. Non habent vices has plante: q̃a vbi ſenſus nõ eſt: ibi neqꝫ ſomnus eſſe neqꝫ vigilia poteſt: vbi autem ſenſus eſt: ibi dolor ⁊ voluptas: vbi dolor ⁊ voluptas ibi cupiditas. Plantis nihil horuꝫ poteſt cõcedi. Nulla eniꝫ rõ eſt q̃ cogat fateri dolere has oblectari concupiſcere aut ſentire. Neqꝫ item quecunqꝫ aleſcũt: neceſſario etiã ſentiũt. Quinimo contra eſt quecunqꝫ ſentiunt vt neceſſario etiam aleſcant. Sed quẽadmoduꝫ ſepe numero docuimꝰ alimẽta hec q̃buſdã habent: vt plãtis. Hoc vͦo demõſtrat ea ratio: ꝙ vis que nutrit munꝰ ſuum nauius ⁊ expeditius conſopitis ꝙ vigilantibꝰ nobis abſoluit. Nam eo tempore probius ⁊ alimur ⁊ corpulẽtia

UVA. BHSC. IyR_086_3

perficimus: vtpote: vt quas actiones nihil adminiculentur ſenſus.

¶ In ſomno oēs ſenſus haberi īmobiles. Cap. vj.

n Unc diſſerendum videtur: quamobrem dormiat ⁊ vigilet animal: ⁊ ſm quos ſenſus. Si ſm plures eſt: aut ſi ſm vnum: quiſnam illic vnus ſit: de quo ſomnus: aut vigilia pendeat. Sane quom animalium quibuſdam omnes ſenſus: quibuſdam non omnes ſed guſtus ⁊ tactus ſunt: eſt enim latiſſime fuſus ⁊ maxime communis omnibus tactus: vt in libris de anima dictum eſt: fieri autem non poſſit vt dormiens animal vllo ſenſu vigilet: manifeſtum eſt animantes omnes in ſomno affici oportere eodē modo: id eſt ſumma illa immobilitate ⁊ inſenſibilitate offundi. Nā ſi dormiēti auditus in miniſterio ⁊ officio: ſit viſus nō ſit: erūt ſimul in eodem due res pugnantiſſime: quia ſcilicet dormiens aliqs ſentiet: quod impoſſibile eſt.

¶ Soporem tactus ⁊ īmobilitatem ſenſus cōmunis cauſam eſſe ſomni. Cap. vij.

i Llud nunc iubet querere: vtrum ſenſus omnes equaliter ſopiātur in ſomno: an ſit precipuus aliquis: quo ceu ſoporato potiſſimum dormiat animal. Num hoc vni dumtaxat tribuendū tactui eſt? qui ⁊ maxime neceſſarius ⁊ natura longe primus eſt ſenſuum ⁊ quod amplius eſt idem ſubiecto cū ſenſu communi? Nam quomodo natura ſingulis ſenſibus certa quedam munia penſaqꝫ imperarit: oculis vt intuerentur: auribus vt auſcultarent: ⁊ ceteris quibuſqꝫ ſua: quomodo ꝙ non ſolum peculiariter hec ſenſibus iniunxerit: ſed in commune quoqꝫ rationem quandam in omnes ſparſerit qua ⁊ videre ⁊ audire ⁊ demum ſentire ſe ſentiant: non enim viſu videre nos videmus: nec viſu enūciamus: aut guſtu diſtare dulcedinem a calore: neqꝫ ſeorſum neqꝫ ſimul vtroqꝫ ſenſu: ſed particula quadam communi que adiuncta ſenſibꝰ omnibus ſit: quam ſimpliciter ⁊ proprie ſenſuū communem vocamus: hec autem vna proprie eſt etiam ſenſorium eius vnum. Uerum q̄q̄ hic ſenſus vnꝰ eſt: tamen ratione in plures hiat: quia in tot diſtrahitur quot genera ſubiecta ſigillatim quinqꝫ ſenſuum habent: nam calor a ſono euariat ⁊ ab vtroqꝫ odor ⁊ ſapor. Ineſt vero ſenſus communis primum ⁊ maxime in ſenſu tactus: ꝙ ſolus hic ſeorſum a ceteris ſeparatus ſpectatur: ab hoc ceteri non ſpectantur de quibus omnibus affatim in voluminibus de anima explicatum eſt. Poteſt tota ratio ſic concludi ſomnū ⁊ vigiliam ad ſenſum communem ⁊ ad eius [illegible] pertinere: id eſt ad ipſum cor. Et quom ſenſus communis ſubiecto idem cum tactu ſit: neceſſe eſt: vt aīalibus oībus vigilia ⁊ ſomnus communicari dicat: qa tactus quoqꝫ vt dixi cōmunicatus omnibus eſt.

¶ Impotentiā oīm ſenſuū non eſſe ſomnū: etiā ſi omnes ſenſus in ſomno impotentes reddūtur. Cap. viij.

p Orro ex ijs que ſequūtur certiſſimum fiet: ſomnum non eſſe requiem ⁊ pigritiam ſenſuū omnium: ſed ſolius tactus: hoc ita intelligitur: Si non eſt neceſſe vt ſenſus omnes ſimul in opera ſint: eodem modo non videtur neceſſe vt omnes ſimul ferientur. Sed enim primum patet: nihil enim cogit is qui non videt vt etiam audiat: aut qui guſtet vt ſimul etiam olfaciat: igitur ⁊ ſecundum: preſertim quom propenſior ratio videatur eſſe: vt ſimul omnes operentur q̄ vt ſimul quieſcant. Si ergo quod potius ius habet vt ſit neceſſarium non eſt omnes ſenſus ſimul pelli: ne illud quoqꝫ multo magis: cui deterius laceſſitum que eſt omnes ſenſus ſimul immobiles quieſcere. Q̄q̄ vero hoc ita eſt: tamen tactu ſopito neceſſe eſt conſequio reliquos ſenſus conſopitos eſſe: nec eo valet hoc: vt ſoporationem omnium ſenſuum cauſam eſſe ſomno dicamus: ſed ſolius tactus. Nā quom princeps ſenſuū ⁊ quo ceteri referuntur afficitur: neceſſario ⁊ ſatellites eius affectioni accumbunt. Contra ſi illi afficiantur non continuo neceſſe eſt: ſenſum principem conſentire. Illud vero argumento eſt ſomnum non ea re conſiſtere: ꝙ ocioſi omnes ſenſus ſint: quodqꝫ ij actꝰ ſuos exercere non poſſunt. Quom enim quis animo linquitur ⁊ iacet immortuū: quod genus lipopſychiam: id eſt defectum anime appellant: q̄q̄ ⁊ hoc nexus quidam et impotentia ſenſuum videtur: non tamen dici ſomnus poteſt. Idem in delirijs et furore contingit vt accedente morbo nonnulli neqꝫ videant: neqꝫ audiant ſepe: neqꝫ omnino aliquid ſentiant: alioquin non ſeuirēt in corpus ſuum: nec carnem ſuam dentibus peterent: ſi ſenſum aliquem haberent doloris. Preterea duabus venis in collo: que a iugulo vbi ſcinduntur caput ſubeunt: foris valide apprehenſis collabuntur homines ſenſibus ereptis: nec tamen dormire dicuntur. Proinde impotentia ſentiendi non ea: que in ceteris ſenſibus ſit: qa ⁊ orbata deminutaqꝫ ſenſibus ſentire non poſſunt: nec tamen dormiūt: neqꝫ ea que ex aliqua iniuria aut morbo cōtingat: ſed quēadmodum ſum teſtatus ea que in principio ſenſorio continetur: id eſt in corde: vbi primus eſt ſenſus: que tum ex laſſitudine aliqua tum ex longa excubia ſubſeq ſoleat: nimirū talis impotentia ſenſuū proprie ſomnus eſt. Nam quom ſenſorū illud cōmunis ſenſus impotēs ⁊ incontinens ſui redditur neceſſario et cetere officine laſſantur: non e diuerſo.

¶ Quis finis quod agens: que forma: que materia ſomni ſit. Cap. ix.

h Is ita conſtitutis querēda cauſa eſt propter quā dormire animalia ſit neceſſe: ⁊ qualis itē affectio ſomnus ſit. Ac quattuor quidem cauſarū genera in naturalibus libris enumerauimus. Finalem cuius gratia omnia conſiſtant ⁊ fiant. Agentem vnde oriatur ⁊ inſtruatur motus. Rationariam que rebus naturam ſuam ⁊ ſpeciem largiatur. Materialem ex qua inſita conſtitui ⁊ generari omnia ſoleant. Somni igitur cauſe he ſunt. Finis. Salus. Et conſeruatio animalis. Agens ſpiritus vitalis qui in corde eſt. Materia vapor qui caput ſubierit: deinde in locū inferiorem defluxerit. Forma ſitus ⁊ diſpoſitio illa mēbrorū ⁊ partiū corporis: q̄ in dormientibus extra intuſqꝫ cernitur.

¶ De cā finali ſomni ⁊ neceſſitate eius. Cap. x.

p Rimum quem natura nihil committere fortuito: ſed ſuper agere gratia alicuius ſoleat: quietem vero vtilem eſſe atqꝫ adeo neceſſariam animalium vite conſtet: quia continue moueri cum voluptate non poſſunt. Manifeſtum eſt ſomnum ad incolumitatem fuiſſe animalibus iunctum ⁊ ad quietem. Unde vaga et vulgo etiam recepta tranſlatio eſt: vt ſomnus quietis nomine indicaretur quaſi veritas ipſa ita plane cogeret. Uigilia vero maxime finem attingit. Nam ſentire et ſapere finis omnibus eſt: quibus vnum eorum competit. Utrumqꝫ enim optimum eſt. Finis autem eſſe optimum requirit: brutis ſenſus: homini ſapientia ⁊ prudētia finis eſt. Uidetur vero neceſſarius eſſe animalibus omnibus ſomnus: non quidem ſimpliciter: ſed neceſſitate illa: quam expoſito ⁊ ex adiunctione vocauimus. Uerbi gratia: extra quam ſi perire ſatius ijs eſt: ſi enim animalia eſſe debent ⁊ naturam ſuam ſeruare: neceſſario quedā adeſſe ijs oportet: quibus poſitis alia ſubinde adiungenda ſint. Nam ſi conſtituatur quid animal eſſe: neceſſe eſt vt alatur: quo conceſſo neceſſariū eſt e cibo vaporem ſuſtolli: e quo neceſſario conſequitur ſomnus.

¶ De cauſa agente ſomni. Item omnis motus principiū eſſe cor habentibus ſanguinem ⁊ carentibus quiddam vice cordis ⁊ ſpiritum interiorem. Cap. xj.

n Unc dicēdum eſt quo motu actioneve corporis eueniat animalibus: vt aut dormiāt aut vigilēt. Demumqꝫ de tota ratione agentis cauſe diſſerēdum. In quo ⁊ prolixiuſculi erimus: ac primū

quidem admoueri noſcentes hec velim. Omnia anima‑lia ſiue ſanguinem habeant ſiue exanguia ſint: aut eandē aut per ſimilem cauſam ſomni habere. Quobrem quom de ſanguineis vtpote iunctioribus ⁊ cognobilioribus diſputauero: communi ratione de omnibus obiter diſpu‑tatum ⁊ peroratum putent. Principium ſenſus eadē par te proficiſci: qua ⁊ principium motus: demonſtratum ſu‑pra eſt. Principium vero in animali locus is videtur: qui inter aluum ⁊ caput medius ſit. In ijs que predicta ſan‑guine ſunt ea pars que circum cor eſt locum medium ob tinuit. Quecūqȝ autem ſanguinem habent: habent ⁊ cor. Eſt igitur ſentiendi ⁊ mouendi principium cor: in quo ⁊ ſpiritus vitalis ⁊ refrigerationis principium continetur. Videtur enim natura refrigerationē in humido ⁊ reſpi rationem ornaſſe ad calorem eius partis temperandum ſeruandumqȝ: de quo ſeorſum in loco docebimus. In ijs vero que carent ſanguine: ⁊ inſectis: ⁊ ijs que non reddūt nec accipiūt halitum: ſpiritus quidam interior additus non in corde: ſed in eo quod emulum cordi eſt: qui attolli vicibus ⁊ ſubſidere cernatur. Atqȝ hoc maxime deprehē di poteſt in ijs: que generis totipennis ſunt: qualie veſpe apes ⁊ muſce. Nam diuulſis diſiectiſqȝ ijs: pars que pro‑xima preciſamēto eſt modo dilatatur modo contrahitur Quoniam autem animal nec mouere quicq̄ȝ nec moliri ſine intentione virium poteſt: intenduntur autem vires preſſo ⁊ incluſo ſpiritu exteriore: neſſariuȝ eſt: vt animal quod ſpiret vires illas ſibi extrinſecus corroget. Quod vero nō ſpiret: intrinſecus: vnde inſecta ea que pennata di‑ximus: quotiens ſe mouent quoddam murmur edunt: quod aura illa ijs incluſa intus manēte ſonātequȝ accidit. Hanc enim quotiens atterunt ad membranam que ſepto tranſuerſo ſubdita cinctuȝ corporis determinat: bombos illos volando elidunt. Ita ſonus agitatu interioris ſpiri‑tus non anima aut ſpirabilibus vilis viſceribus reddit. Sūt tñ que attritu exterioris aeris ſonent: ſed ea tm̄ que ſciſſuram ſub precinctu continent.

In corde vigiliam et ſomnum oriri eiuſqȝ affectiones eſſe. Cap. xij.

c Ientur autem omnia animalia aut ſenſu famula ri aut peregrino. Familiarem ſenſum appello: qui interno motu tanq̄ȝ e domo prompt⁹ abſol‑uitur: qualis quom ſimulachris que intra nos habentur: impellimur. Peregrinū ſenſum voco qui ex‑trinſecus iuehitur: ⁊ a generibus exterioribus venit. Ex ijs arbitror conſtare ⁊ quo in loco ⁊ q̄ȝ primuȝ particula ſomnus ⁊ vigilia cōtingere videantur. Nempe in illa cu ius affectiones he ſunt. Porro cordis affectiones ſunt: ac dormientes quidem agitatione cordis quadam mouē tur. Ideoqȝ ⁊ pleraqȝ agunt qualia cum vigilant ſolent: quod certe ſine viſione aliqua aut ſenſu non poſſet cōtin‑gere. Nam ſomnium quodāmodo viſum ⁊ ſenſum quid dam eſt. De quo inferius tractabitur. Sed vnde nā fit vt ſomno excuſſus experrectuſqȝ inſomnia memineris: ſed que per ſomniū ſimilia vigilantiū operibus geſſeris: nō memineris declaratum in problematis eſt.

Queadmodū cibi cōuertātur in ſanguinē: de quo ſcire oportet qa precipua ratio ſomni ſunt cibi. Cap. xiij.

h Is definitis conſequens eſt: vt qua motione aut vnde ſomni ⁊ vigilie animalibus contingāt ape riatur. Fortaſſe enim hic locus cauſam agentem ⁊ materialem facilius ⁊ diſtinctius mōſtrauerit. Clarum eſt oportere animal ſimulatqȝ accipit ſenſum tū primū ali ⁊ creſcere in eo ꝙ animal. Nam quando intra vterum partus eſt: enutritur quideȝ ⁊ creſcit: non tamen vt animal: ſed vt planta. Quom autem accedit ſenſus: tūc primum (vt dixi) nutritur ⁊ augetur vt animal. Nam ani‑ma ſenſualis ⁊ poſterior aduenit. Plane alimentum eſt id: quod ex concoctione poſtremum ⁊ nouiſſimum ſubſi det habentibus ſanguinē ſanguis: carentibus ſanguine: quod vicem ſanguinis prebeat. Conceptacula ſanguinis ſunt vene: initium venarum eſt cor. Atqȝ hoc ex cōmenta tione diſſectionum liquido iudicatur. Deuoratus enim ⁊ ingeſtus per os cibus indeqȝ in locos ſuos ideſt in inte‑ſtina ⁊ ventriculum collatus euaporatur ⁊ ſurſum reſpi‑rat per venas: per quas deinde permanat ad iecur: in ie‑cinore mutatur ⁊ natura ſanguinis tingitur: a iecinore in fluit ⁊ ſubit ad cor: in corde vincitur ⁊ conficitur pleniſſi‑me: inibiqȝ in ſanguinem perfecte conuertitur. Ac vene quideȝ alie cor adeunt: alie a corde prouenıūt. Vene que adeunt cor: tanq̄ȝ miniſtre ac gerule ſunt: vt que a iecino re ad cor incoctum ⁊ imperfectum ſanguinem conuehant quem cor ſuſceptum ſuaui mera cum ⁊ abſolutuȝ ſangui‑neȝ reddit. At vene que a corde pertinent comparate ad alium vſuȝ ſunt: videlicet vt ſuccus per eas concoctus iā perfectuſqȝ in totum corpus diſtribuatur atqȝ dedatur. Sane de hoc copioſe agitur in libro de alimento. Nunc in tranſcurſu attingūtur vt principia motionum earū de quibus modo queritur: ⁊ vt quidnam illud ſit quo vis et portio ſenſibilis affecta aut ſomnum aut vigiliam mini‑ſtrat: planius ſciatur. Nec enim ſomnus quecūqȝ impo‑tentia ⁊ ereptio ſenſuuȝ eſt: vt retro oſtendimus: argumē to eorū qui dementarent aut deficerent animo aut inſtrā‑gulatione ⁊ aſtrictione venarum iugulariuȝ viderent in termori: nam in omnibus ijs intercepti ſenſus ſunt: nec ta men obdormiunt.

An imaginatio eorū q linquant animo videri inſomniū poſſit: ⁊ an morbus ipſe ſit ſomnus. Cap. xiiij.

